caritate. abscondit. qui depredari desiderat
quia thesaurum suum publice portat. Hec est
farina fidei spei et caritatis quam misit h
elyseus in amarum pulmentum. Cum enim colle-
gisset unus prophetarum filiis fasciculos herbarum agresti-
um et misisset in ollam ad coquendum. ubi in-
uescerent. propter austeritatem et amaritu-
dinem uesci non poterant. Unde clamabant
ad helyseum. mors in olla. mors in olla.
Misit ergo helyseus farinam in pulmentum
et dulcoratum est et fuit uescibile. Agre-
stes herbe austera sunt institutionum re-
gularium precepta. que quidem pre amaritu-
dine comedi non possunt. nisi a uero hely-
seo fidei. spei et caritatis farina ad
misceatur. per cuius farine dulcedinem au-
steritas pulmenti temperetur. Hanc farinam in
amara olera posuerat qui dicit. non sunt con-
digne passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam que reuelabitur in nobis. non contempla-
tibus que uidentur. sed que non uidentur. Et alibi.
Quis nos separabit a caritate dei tribulatio.
an angustia. an persecutio. an fames.
an nuditas. an periculum. an gladius? For-
titudinem ergo mulieri forti confert precipu-
e caritas. sed caritas de corde puro et con-
scientia bona et fide non ficta. Caritas u-
tique perfecta de qua dicitur. perfecta caritas
foras mittit timorem. et de qua dominus dicit.
diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo.
et tota mente tua. et tota anima tua. et
ex omni uirtute tua. et proximum tuum sicut
te ipsum. Corde diligimus. mente discer-
nimus. anima uiuimus. uirtute possumus.
Diliges ergo dominum deum tuum ex toto corde
tuo in feruore. scilicet et fraglantia. diliges
ex tota mente tua. id est in discretione et sa-
pientia. diliges et ex tota anima tua uidelicet
quamdiu uiuis. id est in perseuerantia. diliges ex
tota uirtute in fortitudine. scilicet et efficacia.
Dilectio ex toto corde est feruor et deuotio.
dilectio ex tota mente est prudentia et discretio.
dilectio ex tota anima sine interruptione di-
lectionis continuatio. dilectio ex tota uirtu-
te simul aliis que agenda sunt exceptione ple-
na preceptorum executio. Diliges ergo dominum deum
tuum ex toto corde tuo si ardenter diligas.
diliges ex tota mente si ab amandis non a-
manda discernas. diliges ex tota anima
si in dilectione perseueres et permaneas. diliges
ex tota uirtute si exhibes ad implendis que
precipit nullum omittas. Et ad hec quis ydo-
neus? Mulierem hanc dilectionem fortem quis
inueniet? Rara auis in terra. Quid ergo nos in-
firmi faciemus. cum sine caritate saluari
non possimus? Sciendum ergo quod tres sunt carita-
tis gradus. Est enim caritas incipiens. caritas
proficiens. caritas perficiens. de quibus locutus sum. Pri-
ma pusillanimis. secunda fidelis. tertia fortis.
Prima separat a malicia. secunda ambulat
in iusticia. tertia peruenit in perseuerantia. Pri-
ma metum habet cum dilectione. secunda ama-
ritudinem cum consolatione. tertia fortitudi-
nem cum delectatione. Prima amputat crimi-
nalia. secunda coherceet uana desideria. ter-
tia subiugat et succidit queque religi-
oni et sanctitati aduersantia. Sine prima ne-
mo potest saluari. secunda debet in terris
numerari. tertia meretur in celo coronari.
Unde et subditur. procul et de ultimis finibus pre-
cium eius. Prima ergo meretur ueniam. secunda gratiam.
tertia gloriam. Cuius glorie uirtutis et intercessione

beate ṽginis nos ↄsortes faciat. ihc xp̄c filꝰ eiusdem dn̄s nr̄. Qui cū patre ⁊ sp̄u sc̄o uiuit ⁊ regnat p oīa sc̄la sc̄loꝝ. am̄.



In festo bē genouefe. ṽg.

Cum aū obtuleris sacrificiū coctum in clibano de simila panes absq; fermēto ↄsp̄sos oleo. Legale capitulū qđ ur̄e caritati ꝓposui dn̄i mei ⁊ frēs inane uideť ⁊ friuolū. si solum litťe corticē attendam. Qđ eñ inanius uideť aut magis friuolū q̄ putare dn̄m gl'e panib; coctis in clibano delectari? Dn̄m inq̄ cuiꝰ ē tr̄a ⁊ plenitudo eiꝰ. orbis tr̄arū ⁊ q̄ habitāt in eo. q̄ p aliū ꝓpham dix̄. Pleuū sū. Relicta ġ littťatorib; iudeis uacua capsa legis abdita penetrem. sp̄italia sp̄italib; ↄparantes. Triplex ē modꝰ offerendi sacficiū. Primꝰ modꝰ ē i fidei ꝓfessione. Scđs ē i ꝓp̄i sanguis oblatione. Tercius in mortificatione carnis. ⁊ ṽtutū ꝓmotione. Primū sacficiū ↄuenit uniu̾sali eccl'e. Scđ offerť a quolib; sc̄o martyre. Terciū ↄgruit ↄtinentib; ⁊ uirginib; ut puta nr̄e ṽgini bē genouefe. Iuxta hanc triplicē oblationē capłm ꝓpositū triplicē sortiť explanationē. Et q̄ puer qui natꝰ ē nob. paruulus q̄ datꝰ ē nob adhuc uagit i cunis p̄ma explanatio ↄsonat tēpi. tr̄ia hodierne ↄgruit sollēpnitati. media ṽo seruiet eruditioni. Et q̄ aliq̄ d diuinitate media totis dicunť in p̄ma. ip̄a ē anagogica. scđa allegorica. tr̄ia tropologica. Explanationes itaq; eo ordine quo ꝓposuimꝰ exsequamur. Cum aū obtuleris sacficiū coctū in clibano dic̄ lex. d simila panes absq; fermēto ↄsp̄sos oleo subaudi offerre potis. ut sit plenꝰ sensus. Beatus apl's de dei patris erga nos caritate ⁊ de q̄modo redēptionis humane loq̄ns eū inq̄t qui ñ fecit peccatū ꝓ nob nos fecit peccatū. i. sacrificiū p peccato. Hoc sacficium cunctis sacrificiis sanctiꝰ. efficatius. ⁊ excellentiꝰ iudicať. Qđ dico sanctiꝰ ut excellentiꝰ. q̄cq̄d sc̄itatis efficatie ut auctoritatis habuerūt uel habēt cetā sacficia. olim corporalia. m̄ sp̄italia. totū exauctoritate ⁊ ṽtute huiꝰ sacficii ꝓcessit ⁊ ꝓcedit. Sacficiū hoc uniu̾sa sc̄ificat sacrificia. Istud sacficiū debet singulus q̄sq; xp̄ianꝰ in ꝓfessione sue fidei offerre. Offert aū xp̄m q̄ credit illū p se oblatū. Xp̄c eñ ē ille q̄ filꝰ ꝓphatū q̄ in regū uolumine in ubo dn̄i dicit ad q̄ndā ꝑcute me. alioq̄n exiet leo d silua ⁊ ꝑcutiet te. Vnicuiq; nostrum dicit adhuc xp̄c ꝑcute me. i. p salute tua percussū me crede. alioq̄n leo q̄ circuit q̄rens quē deuoret ꝑcutiet te. Sicut ġ xp̄m ꝑcutit q̄ p salute sua credit ꝑcussū. ita xp̄m offert qui p se credit ⁊ ↄfiteť oblatū. Hoc sacrificiū coctū fuit in clibano. clibano ↄparať uterus beate ṽginis duab; de causis. Vt q̄ clibanꝰ optime purgať ⁊ mundať anteq̄m

panes in eo coquntur ut quia in coctione
panum solus calor ignis operatur. Ita
et beata virgo licet ab utero sanctificata
fuit. imminente tamen articulo temporis
quo in ea et ex ea verbum dei incarnandum
erat. preveniens in eam spiritus sanctus. ita eam to
tam mundavit et purgavit. ut ab omni
peccato prorsus esset liberrima et aliena.
non solum ab effectu peccati sed et ab affec
tu. In partu et sacro sancto solus spiritus sanctus
manum suam apposuit. quasi ignis in coc
tione panum. Quod autem solus spiritus sanctus dicitur
manum operationis in illo apposuisse
partu non excludit patrem et filium. quia
tota trinitas ibi cooperata est cuius opera
indivisibilia sunt. sed excludit huma
num adminiculum. Dicitur et beata virgo
de sancto spiritu concepisse eo quod benignitate
et dono et gratia dei illa conceptio facta est.
Cum ergo obtuleris o christiane in professione
tue fidei sacrificium coctum in cliba
no offerre potes et debebis de simila
panes absque fermento conspersos oleo. Of
feres ergo panes non panem singulariter
ut credas xpm tam animam quam carnem
xpm suscepisse. Manichei dicentes nec animam
non carnem suscepisse in vir
gine. sed christi incarnati
onem. passionem. resurrectionem quasi in
phantasmate et prestigiis contigisse.
Apollinaris xpm tantum carnem assump
sisse et verbum loco anime carnem ve
getasse. delirat. Adversus has pestes
hereticas ut offeras panes profitere
xpm perfectum fuisse et esse hominem
ex anima rationali et humana carne

subsistentem. Et crede panes illos fuisse
de simila. id est xpm tam carnem quam animam
ab omni labe puram et immunem et innocentia
candidissimam assumpsisse. Accepit
carnem de statu primo. Quatuor sunt status
hominis. status ante peccatum. status post
peccatum. status sub xpo. status cum xpo.
Primus status innocentie. Secundus penalis
miserie. Tercius gratie. quartus glorie. De uno
quoque istorum statuum suscepit xpc ali
quid. De primo statu suscepit immuni
tatem peccati et innocentie puritatem. De
secundo sine culpa penalitatem. De tercio
gratiam et virtutum ubertatem. De quarto contempta
prorsus obnoxietate et pravitate peccandi
absolutissimam iusticie libertatem. Inter va
rias autem sententias que fuerunt de origi
ne anime tres fuerunt principales. Quidam
dixerunt deum simul creasse omnes animas.
Sed quia hec sententia magis philosophica fuit
quam ecclesiastica tandem exspiravit. Alii
dixerunt. sicut carnem ita et animam ab a
dam traduci. Tercii deum senserunt no
vas cotidie creare animas. Utraque sen
tentia magnos et preclaros defensores
habuit. et multis et argutis rationibus mu
nita fuit. Jeronimus et plures alii et omnes
fere doctores nostri temporis novas co
tidie animas creari et in ipso creationis
puncto suis infundi corporibus profitentur.
Juxta illud. qui finxit singillatim corda
eorum. et pater meus usque modo operatur. et ego o
peror. Augustinus quo nemo grecorum vel
latinorum subtilioris ingenii fuit. ru
finus etiam et alii quam plures utrum anime
sint ex traduce an non incertum reli

querunt. & se id & necisse & nescire pfessi sunt. Quos beatus gregorius sequens ad saluinianum inclusum qui ab ipso querebat utrum anime essent ex tradu ce an non respondit. quod id incertum reliquit patrum auctoritas. utra sententia uerior est satis certum non est. Sed siue anime sint ex traduce seu cotidie noue creentur. id omnino certum est. xpistum animam suscepisse ab omni labe peccati inmunem nec commixtione corporis animam ipsius aliquatenus fuisse corruptam. Possumus etiam dicere quod sicut panes ex farina & aqua constant. ita & xpistum constare ex simila diuinitatis & aqua humanitatis. In simila enim que est farina delicatissima diuinitatis intelligitur puritas. in aqua fluens in mortem humanitas. Unde & lignum uite plantatum dicitur secus decursus aquarum. i. secus lapsus in mortem fluentium populorum. quia more fluentis aque pereunt mortalia queque. Orta caro moritur. mortua non oritur. Sequitur absque fermento. quia xpistus sicut originem non contraxit. ita nec actione perpetrauit peccatum quod in fermento designatur. Sunt etiam panes conspersi quos offers oleo. In oleo spiritus sanctus intelligitur. Sicut autem oleum farine per conspersionem admiscetur. nec sapor nec odor olei a panibus separari possunt. Ita & xpistus spiritum sanctum ex quo accepit non amisit. In ceteris sanctis quidam mansit & recessit. De xpisto specialiter dicit pater. Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum. hic est qui baptizat. ipse qui fuit conspersus oleo. totus delibutus & plenus spiritu sancto. Spiritum sanctum e(x) certi

sancti acceperunt iuxta mensuram donationis xpisti. ipsi uero non ad mensuram dedit deus pater spiritum. Fuerunt etiam panes isti conspersi oleo. i. caritate. quia tanta fuit in humanitatis assumptione xpisti caritas. ut in hac uita quantitas ipsius caritatis sciri non possit. Iuxta illud apostoli. In caritate gradicati & fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo. longitudo. sublimitas. & profundum. scire etiam supereminentem scientie caritatem xpisti. Ad secundam transeamus sententiam. Cum obtuleris sacrificium coctum in clibano. Clibanus qui uehementer flagrat. & in sibi commissa efferuescit. tribulatio persecutionis est. in fideles exestuans. In hoc camino qui panis in clibano coquitur. qui per ignem persecutionis examinatur et excoctus dignus efficitur qui ad mensam domini sui transferatur & ipsi incorporetur. i. in corpus eius celeste hoc est in angelorum societatem transeat & apponatur. Sed notandum quod cum legis lator de sacrificiis tractaret sacrificium coctum in clibano non primum posuit. Sed ouis. bouis. auis. traditis sacrificiis. sacrificium de simila conspersa oleo adnexuit. & tandem sacrificium coctum in clibano ordinauit. In sacrificio ouis oblatio innocentie. in boue exercitium iusticie. in aue studium sapientie. in simila puritas conscientie. intelligitur. Non enim statim postquam recesseris a malo. ut adhereris bono. aut uacaueris sapientie studio.

p̄sūptuose te debes ingerere. q̄ñ ap-
tus martyrio. s; sacrificiū simile c̄
sp̄se oleo intinctū nō dū ē. ut puri-
tate fidei & c̄sciē tue diligent̄ in-
specta & pbata & gr̄a & uirtute sc̄i sp̄c
multis gemitib; flagitata & accep-
ta. hoc eñ designat c̄spsio olei. tā-
dē & dei uirtute c̄fidēs ad agonē ac-
cedas. Alioq̄n si h̄ ordine neglecto
temere te ingesseris q̄d pfectis & c̄cū-
spectis ē causa uictorie. erit forte
t̄ occasio ruine. exēpl' dn̄s discipłis
n̄dū exaduenit sc̄i sp̄c roboratis di-
cit. Sedete in ciuitate q̄usq; induami-
ni uirtute ex alto. Petr' q̄ n̄dū oblato
sacrificio simile c̄spse oleo. i. n̄dū ac-
cepta uirtute illa sp̄c. inprudent̄ in-
gerebat se ad martyriū dicēs ad dn̄m.
Et si oportuerit me mori tecū n̄ te
negabo. Ad p̄mā uocē ancille ostiari-
e expauit & defecit. & om̄s discipłi in
passione dn̄i defecerūt. iuxta q̄d sub
psona dn̄i dic̄ pph̄a. Oclī mei lāgu-
erunt p̄ inopia. i. discipłi defecerūt
p paupertate sp̄c. ad id spectat q̄d ē p̄
resurrectionē discipłi q̄ n̄dū robur
acceperāt sp̄c in unū erāt c̄gregati p-
pter metū iudeor. n̄dū eñ erat
sp̄c dat'. q̄ ihc n̄dū erat gl'ificat'. p
ascensionē & sp̄c missionē. Misso u̇
sp̄u petrus q̄ ad ancille uocē defe-
cerat. oī metu humano calcato c̄fi-
dent' p̄ncipib; dicebat. Magis o-
portet nos obedire deo q̄ hominib;
& tā ipē q̄ ceti apli ibāt gaudētes
a c̄spectu c̄silij q̄m digni habiti s̄t
p nomine ihc c̄tumeliā pati. Et corā
regib; & p̄ncipib; & potestatib; t̄re tre-
pidatiōe penit' exclusa loq̄bant' cū
oī securitate & c̄stantia dn̄m ihm p̄di-
cantes. Cū g' obtuleris sacrificiū coctū
in clibano. cū te ipm in martyrio & tribu-
lationi exposueris p̄uide debes q̄les
ēē debeāt q̄ ad martyriū accedunt. de
simila panes ut scilic& feruor q̄ im-
pelleris & corde puro & fide n̄ ficta &
uirtute sp̄c spectata n̄ & stulta p̄sūp-
tione pcedat; absq; fermēto ē ut psecu-
tionis tue dē sit causa. n̄ culpa tua. ut
ire fides inpugnet'. n̄ peccm tuū puni-
at'. Ideo beat' petr' dic̄. Nemo urm pa-
tiat' q̄ fur aut q̄ homicida. i. ꝑ re-
atū suū. Si aū ut xp̄ian'. i. ꝑ xp̄m
n̄ erubescat. Et dn̄s. Beati eritis cū
uos oderīt homines & expbauerint
& eiecerīt nom̄ urm ꝑ filiū hominis.
ꝑ inq̄t filiū hoīs. n̄ ꝑ peccata ura.
Causa eñ fac̄ martyrē n̄ pena. Et c̄-
spsi debēt ēē panes oleo. ut in se hāt
oleū caritatis. Si eñ aut apls tradi-
dero corp' meū ita ut ardeā caritatē
aū n̄ habuero nichil m̄ pdest. Iā ad
t̄ciā accedam' expositionē. Cū obtu-
leris sacrificiū coctū in clibano. Sermo
dirigat' ad animā c̄tinentē. ad aīam
c̄teplatiuā. q̄ se ipam exhibe deside-
rat hostiā scām uiuentē. deo placē-
tē. Iuxta hāc explanationē clibani
cor humanū. In hoc clibano scē aīe
panes ubi dei coquunt' dn̄i mandata
ei' igne dilectionis accense diligēti
meditatione tradunt' memorie. Cū

enī in corde coquit᷑ q̄ feruida medi
tatione alt⁹ cordi infigit᷑. De huiusmoi
coctione dix̄ phylosoph⁹. Cū multa
plegeris unū excerpe qđ illa die
concoquas .i. intenta retractatiōe memo
rie tradas. Cetm̄ multū distat q̄ igne
clibanꝰ iste succendat᷑. Iuxta diūsita
te igniū ē 7 distātia panū. Sūt ignes
duo. ignis caritatis. 7 ignis cupidita
tis. Ignis caritatis panes mūdissimos
7 deo amabiles reddit. Ignis cupidita
tis panes sordidissimos 7 deo abhomi
nabiles efficit. Ignis caritatis cōgre
gatiuus 7 collectiuus cogitationū 7
desideriorꝝ ad unū dirigit. ad unū ten
dit. unū petit. Iuxta illđ pphē. Unā
ps. 26. v. 7. petii a dño. h. r. u. i. h. i. d. d. o. d. u. ua
m. e. x. me. Ignis cupiditatis disgregatiuus
7 dissipatiuus desideriorꝝ animos uaria
spargit in uota. 7 distractione multipli
ci diuidit. Ignis caritatis ē simplex.
ignis cupiditatis ē multiplex. 7 in plēs
ignes spargit᷑. Ignis luxurie. ignis
ire. ignis inuidie. ignis auaricie. ig
nis idolatrie. Hoc igne succensus erat
ille pplš a dō fornicās. de q̄ p osee ppheta
os. 7. v. 4. dictū ē. Succens⁹ ē q̄si clibanꝰ a coquēte.
quieuit paululū ciuitas a cōmixtio-
ne fermēti donec fermētaret᷑ totum.
De panib; h igne coctis n̄ fit dō oblatō.
s; abhominatio. Multū g̃ int᷑ ē quo
igne sacrifitiū tuū coquat᷑. Cum g̃
obtuleris sacrificiū coctū in clibano at
tende debes 7 distinguere qualitatē
ignis. 7 materiam panū. Ut enī placeat
deo sacrificiū tuū offerre debes de si

mila panes absq; fermēto cōspsos oleo.
In simila mūdicia cōtinētie. in panib;
fortitudo bone opationis. 7 pseuan
tie. in exclusione fermēti exclusio
inanis glē. in cōspsione olei hilaritas
7 deuotio offerentis cōsciē. Deb& enī
in fundamēto poni cōtinētie puritas.
Deb& subsequi bone opationis 7 cō
stantie firmitas. Deb& excludi psūp
tionis inanitas. Deb& cōtinentiā 7
opa bona cōmēdare offerētis hilaritas.
Cōgruus ē ordo ut cōtinentia pcedat.
quia sapiā q̄ desursū ē pmū quidē pudi
ca. 7 beat⁹ paul⁹. habete inqt sal 7 scī
moniā sine q̄ nemo uidebit dm̄. quia
uō n̄ sufficit a malo cōtinentia nisi 7
faciat bonū. cōtinētia q̄si se sola cōtē
ta possit ēē in se n̄ remaneat. s; mū
dicia cordis in opū bonorꝝ fructū p
deat. 7 in hoc fit stabilis 7 cōstās. 7 firma.
Et quia bona opa uiciū iactātie 7 supbie
latentis exsultat. inanē glām hu
militas excludat. 7 hec omīa bona
deuotionis hilaritas cōmēdet 7 cōdiat. 2. Cor. 9. v. 7.
Hilarē enī datorē diligit dš. Sic ob
tulit sacrifitiū coctū in clibano dñā
nr̄a 7 aduocata beata uirgo genoue
fa. Ut offerret panes de simila im
maculato corpe nec n̄ mēte ppetuū
xp̄o exhibuit famulatū. ab etate
tenera scīmonie dedicata. in sūma
7 artissima abstinētia. in uigiliis
multis. in obsecrationib; assiduis. dō
seruiēs nocte ac die. Quante uō hu
militatis. quante deuotionis fuerit
uos nostis q̄ uitā ei⁹ scīssimā frequ

ter audistis. Porro nos qui illis mu
dicie. illi fortitudinis 7 constantie. illi
humilitatis. illi deuotionis esse non
possumus. qui in tantis ieiuniis. in tan
tis uigiliis. in orationibus tam accen
sis 7 feruentis deo seruire non ualemus.
nos inquam miseri quid faciemus? Prouidit
7 nobis qui legem dedit cum subdidit 7 lagana
azima oleo lita subaudi offerre po
teris. lagana panes sunt tenues 7 lati.
Si igitur offerre non possumus panum spissi
tudinem ut constituamus diem sollempnem
in condensis uirtutum. offeramus tamen de
nostra tenuitate caritatis latitudi
nem. ut si non sumus in uirtutibus densi.
simus tamen in caritate lati. ut si ardua
operari non ualemus. deum tamen 7 proximum di
ligamus. 7 sint lagana nostra azima
.i. absque fermento. ut si non sumus in
magnis bonis. non tamen simus in magnis
malis. ut si corpora nostra non affligimus
ieiuniis austerioribus non tamen resolua
mus in deliciis crebris 7 cibis lautio
ribus. ut si non possumus abstinere a ui
no. non tamen simus uiri fortes ad bibendum
uinum 7 miscendam ebrietatem. 7 ut
breuiter omnia concludam. si esse non possu
mus in gustatione summa 7 spiritali. non
tamen simus in aliqua criminali. ad summum
sint lagana oleo lita. ut cui nobis deest
uirtutum 7 bonorum operum illa densitas.
non desit oblationi qualiscumque deuo
ta hilaritas. ut quos non commendat uali
dior operatio. excuset saltem pie uolun
tatis deuotio. quod intuentu beatis
sime dei genitricis 7 uirginis marie.
7 eius pedissece domine nostre uirginis geno
uefe nobis concedat dominus noster mediator noster
Christus ihesus. qui cum patre 7 spiritu sancto. u. 7. r. per
o. s. s. Amen. De beata genouefa 7 quibuslibet uirginibus.

Facies tentorium in introitu ta
bernaculi de iacincto 7 pur
pura. coccoque bis tincto 7 bys
so retorta. opere plumarii. 7
quinque columpnas deaurabis
lignorum sethim ante quas ducetur tentorium.
Vniuersa dilectissimi que in lege mosai
ca scripta sunt fuisse mistica frequenter
legitis. frequenter auditis. uestra discretio.
7 quidem sicut legistis 7 audistis ita est. V
niuersa pariter fuere mistica exceptis
duntaxat preceptis moralibus que absque fi
gurarum inuolucris traditione manifesta
uite fidelis formam 7 imaginem sic tuę
expresserunt ita 7 nunc exprimunt. Alioquin
que utilitas loqui de tabernaculo quod eua
cuatum est 7 tentorio quod putruit 7 de co
loribus uariis. 7 columpnis deauratis.
ante quas suspendebatur tentorium? Certum
7 in tabernaculo 7 in tentorio 7 in coloribus 7 in
columpnis. sancte ecclesie seu fidelis anime
sacramenta salutaria delitescunt. Vt
ergo oleum ab amurca. uinum separemus
ab acino. ut diuine scripture calicem
qui in manu domini est inclinantes ex hoc
in hoc. i. ex iudeo in christianum fece que
non dum est exinanita relicta iudeis me
rum hauriamus. Indagemus quid internum spiri
talis contineat legale capitulum quod proposui.
Facies tentorium 7 cetera. Qui descriptionem
tabernaculi que in exodo traditur studiosa
perlegere diligentia. scire

Exo. 26. Vantifertur ultimo
[illegible] 74. v. 7
c. 26. v. 31

potuerit. tria ibi fuisse uela in tribus in-
gressibus. Fuit siquidem ibi tentorium .i.
uelum in introitu atrii. fuit tentorium
in introitu sanctuarii. fuit et uelum in intro
itu sanctuarii sanctuariorum. Tres iste distinc-
tiones erant in tabernaculo. atrium. sanctuarium.
sanctuarium sanctuarii. Et illa tria loca ab inui-
cem diuidebant uela singula ante introitum
loci sui suspensa. Tria illa loca tres sta-
tus iustorum designant. Duo sunt saluandorum.
unus saluatorum. In atrio figuratur status pe-
nitentium. in sanctuario status suspirantium.
in sanctuario sanctuarii status exultantium. In
primo statu sunt qui lapsuum uel excessuum
suorum gementes et ueniam deprecantes deflent
et lugent infortunia. In secundo statu sunt qui
presentis uite mala perpendentes calcatis
delectationibus terrenis ad illa suspirant
gaudia. In tertio statu sunt qui euasis mo-
lestiis et temptationibus uniuersis felices ex-
ultant in gloria. In primo statu erat qui dice-
Ps. 118. v. 136. bat. exitus aquarum deduxerunt oculi mei.
quia non custodierunt legem tuam domine. Secundum sta-
tum exprimit qui dicit. Quemadmodum desiderat
41. v. 1. ceruus ad fontes aquarum et cetera. et infra. Tran-
sibo in locum tabernaculi admirabilis usque
Ps. 41. v. 4. ad domum dei. Saluo sensu expositorum
saniori non preiudicans sententie intelligo
id esse locum tabernaculi admirabilis et domum
dei. Tabernaculum siquidem est presens ecclesia que
adhuc sub corporali tabernaculo militat. Dicitur
autem hoc tabernaculum admirabile. quia mi-
rum est in carne carnem excedere. et in terris
positos celestem agere uitam. Huius taberna-
culi locus est domus dei. Non enim habent hic
manentem ciuitatem sed futuram

inquirunt. Scientes cum apostolo quia si domus
terrestris habitationis eorum dissoluatur.
quod domum habebunt non manufactam eternam
in celis. Transit ergo qui in secundo statu est in
locum tabernaculi admirabilis usque ad do-
mum dei. quia deuotione et desiderio tempora-
lia queque transgrediens licet terram pre-
mat corpore: celum tamquam locum proprium inha-
bitat mente. De tertio statu iam regnanti
dicitur. Sicut letantium omnium habitatio in te. Ps. 86. v. 7.
Singulis quoque horum trium statuum in introi-
tu suo habet suum uelum. In ingressu primi
status dependet uelum confessionis et peni-
tentie. In ingressu secundi uelum professio-
nis et iustitie. In ingressu tertii uelum ti-
moris et reuerentie. In primo ergo statu qui
in atrio sunt penitentes. Atrium dicitur ab atro.
.i. a fumo. Apud antiquos siquidem prima
pars domus dicebatur atrium ab atro ut
dixi .i. a fumo. In ea enim parte fiebat
focus. Vnde et de petro in euangelio legitur. Luc. 22. v. 55.
quia introiuit in atrium principis sacer-
dotis et calefaciebat se ad prunas.
Sunt ergo penitentes qui in atrio. quibus pec-
catorum recordatio quasi fumus iuges lacri-
mas excitat. qui se atros et fuligina-
tos propter culpe nigredinem iudicant.
nec se reputant in numero sanctorum computan-
dos. iuxta illud beati penitentis qui
ait. Non sum dignus uocari apostolus. quia persecu-
tus sum ecclesiam dei. Vnde et atrium quasi extra
tabernaculum iudicatur. In introitu huius
status penitentium dependet uelum con-
fessionis et penitentie. Non enim est in-
gressus ad statum hunc nisi peccator cor-
de doleat. et conteratur coram deo. et sedi-

tatē suā uiua uoce ꝯtendet. ⁊ cō-
fiteat᷑ corā sacerdote x̄ uicario. ut
⁊ doloriītimo pudor apertet᷑ exti-
or. ⁊ pudorē ꝯfessionis dolor ꝯmendet
interior. Corde enī dolet᷑ ad iusticiā.
ore aūt ꝯfessio fit ad salutē. Velū h̄
diuidit int᷑ eos q̄ ext᷑ ecclām mītis
positi temp⁹ ꝯsumunt. ⁊ corp⁹ atterunt
ī uanis ut fedis gaudiis. ⁊ eos q̄ p̄te-
ritos casus suos lugēt ⁊ luūt īgemi
tib; ⁊ fletib; ⁊ ieiuniis. In scūario ū
sunt q̄ ad gaudia patrie suspirāt. Qui
sacrificato iā ꝑ penitentiā pacta sacrifici
o iusticie. certā spe . . p̄sumētes de ue-
nia ascendētes de ꝯualle plorationis
⁊ cantātes canticū graduū. habent
corda caritate uulnīata gestātes ī uis
cerib; ūba dei tamq̄ sagittas acutas
⁊ exēpla seruoꝝ eī q̄i carbones uasta
tores ut desolatorios. quoꝝ ꝯuersatio de-
uotione ⁊ desiderio ⁊ emulatione iusti-
cie in celis ē. Adhuc ē statū patet īgres
sus ꝑ uelū ꝓfessionis ⁊ iusticie. Qui
enī ꝯputari desidat in suspirantium
numero. necce ē ut se exerceat. ⁊ ī ꝓ-
fessionē scīmonie ⁊ in executionē
iusticie. Vt ⁊ scīmoniā ꝓfiteat᷑ ha
bit᷑. incessus. ūboꝝ. gestuū forma
ꝯmēdabilis. ⁊ hanc formā simulatā
n̄ eē ꝓbet opatio tali forme n̄ dissi
milis. Sunt enī aliqui quoꝝ bonū op⁹
⁊ bon⁹ anim⁹ uenusta religionis ima
gine destituit᷑. Sunt ⁊ q̄ formā hone-
stā in exteriori gestantes habitudinē
opū infirmitate ꝯfundunt᷑. Jam
ū in scūario scūarii sunt q̄ ī gaudiū

dñi sui iā introducti ⁊ a ꝯturbatiōe
hominū in abscondito faciei dei ab
sconditi. regē cernunt ī decore suo
redimiti una stola. securiq; de reliq̄.
Añ introitū h⁹ scūarii suspendi deb;
uelū timoris ⁊ reuentie. ut timor
coherceat temariā meritoꝝ p̄sump-
tionē. neq; de meritis nimis p̄sumēs
q̄i sue electionis oīmodā certitudi-
nē habens secur⁹ existat. ⁊ reuentia
repimat diuine maiestatis p̄sump-
tuosam īdagationē. ne humani in-
genii īfirma temitas ī diuina se au
datius ingerat. Timorē añ oclos suos
posuerat qui ait. Nichil m̄i ꝯscius sū.
s; n̄ in hoc iustificat᷑ sū. Qui enī me
iudicat dñs ē. ⁊ alibi. Fr̄es n̄ me ar-
bitror aꝓhendisse. Vnū aūt q̄ retro
st̄ oblit᷑ in p̄ora me extendo. Reue-
rentiā añ oclos humane ītelligētie
ponendā salomon docebat fluuius
ille sapiē ubi dicē. Sic q̄ multū mel
comedit n̄ ē ei bonū. ita scrutator
maiestatis opp̄met᷑ a glā. Nō ponunt
uelū timoris ⁊ reuentie añ ingressū
supmi scūarii scolares nr̄i temporis
q̄ ita irreuerent᷑ ⁊ audact᷑ de trini
tate p̄sonaꝝ ⁊ unitate subē dei. ⁊ de
illis secretissimis reb; q̄ credi iubē-
t᷑ n̄ discuti disputāt. q̄i de platone
aut socrate loquerent᷑. Volentes q̄i
ad liquidū indagare que n̄ possunt
ītelligi ī uia. s; erit p̄miū ⁊ uita ī
patria. Juxta illd filii ad patrē. Hec ē
aūt uita eīna ut cognoscāt te uerū
dm̄. ⁊ quē misisti ihm xp̄m. Si d̄ uelis

singulis velle prosequi qualiter omnia hec
vela sint eorum diversorum colorum. et quia ipsi colores
iuxta varietatem statuum variant sig-
nificationes et cetera que prosequenda forent, ni-
mis in longum sermo procederet. Revertamur
ergo ad secundum velum de quo a principio lo-
qui proposuimus quia non sollempnitati beate
virginis quam colimus primi veli tractatus
congruit. Velo enim confessionis et peniten-
tie quantum ad criminalia beata virgo ge-
noveva non indiguit. A prima enim etate
a beato germano autisiodorense episcopo
christo desponsata immaculato corpore nec non
mente perpetuum exhibuit famulatum.
Fecit velum in introitu tabernaculi de ia-
cincto et purpura, coccoque bistincto et
bisso retorta. Iacinctus coloris est aerei
et sereni celi profert imaginem. et desig-
nat celeste desiderium et divinas medita-
tiones. Purpura sanguine muricis
sive conchilii tingitur. et inde fit vestis
regalis. et est figura mortificationis ad
imitationem dominice passionis. Coccus est
flammei coloris. et ardorem caritatis sig-
nificat. Bissus est genus egyptiaci lini
candidissimi. et mundiciam preformat.
Habemus ergo in iacincto celeste desiderium.
sanctasque meditationes. et erectam ad cele-
stia puram intentionem. habemus in pur-
pura exemplum dominice passionis. car-
nis mortificationem. habemus in cocco ex-
pressam caritatem. habemus in bisso fi-
guratam castitatem. In velo ergo suo bea-
ta virgo genoveva iacinctum habuit.
quia semper ad celestia mentem erexit. ha-
buit purpuram. quia multa semper ab-
stinentia domuit carnem et ad voluta-
tem rationis inflexit. habuit coccum
bistinctum. quia deum proximumque dilexit.
habuit bissum retortam. quia virgo carne
et spiritu in castitate perpetua deo servivit.
Debetis et vos habere karissimi velum huiusmodi.
Ad secundum enim attinetis non vestra mentis pro-
fessio. Debet itaque in vestro velo inveniri
iacinctus. ut corda cum manibus ad dominum le-
vetis in celum. Debet inveniri et purpura.
ut carnem vestram cum viciis et concupiscen-
tiis crucifigatis. Hec enim duo in vere
religiosis debent semper coniungi. celestis con-
templatio. et carnis mortificatio. Sunt
qui celestia meditantur. gloriam sanctorum mente
contemplantur. et illius participes fore desi-
derant. non tamen sunt illius roboris. illius vir-
tutis. ut carnis voluptates et deside-
ria prout oportet mortificent. Vellent
cum balaam mori morte iustorum. sed
nolunt vivere vita iustorum. Vellent
fieri socii consolationum. sed nolunt esse
socii passionum. Hec autem sic. Si compa- non
timur. et conregnabimus. si commorimur.
et convivemus. Sunt et qui carnem suam satis
affligunt castigantes eam in ieiuniis
et abstinentiis. sed forte tamen aut laudem
humanam. aut temporale commodum
sibi querentes. mentem ad celum non erigunt.
sed victimas suas deferunt in profundum.
Habent hii purpuram in velo suo sed non
iacinctum. Ut ergo iacinctum purpura con-
texta commendet. ponat christum singulus
quisque nostrum super cor suum per puram ad ipsum
intentionem. ponat eum super brachium
suum per carnis mortificationem. Quia vero sit

qui 7 iacinctū hñt p'n̄tis ɔtēplati-
onē. 7 purpurā p carnis castigati-
onē. s; ñ habēt cociū bis tinctū p dī
7 p'ximi dilectionē. necēe ÷ ut co-
cus q ponend9 ÷ ī uelo bis tingat'
.i. ut animi bis afficiat'. ip̄a eñ
tinctio: nichil aliud ÷ q̄ affectio.
Afficiend9 ÷ g' anim9 ñ solū amore
dī s; 7 p'ximi. ut 7 dš xp̄e seipm̄ et
p'xim9 diligat' in dm̄. ut utraq; di
lectio referat' ad dm̄. Et q2 nec sp̄ale
studiū nec corporale ieiuniū. ñ ip̄a
dilectio. si tñ ÷ dilectio sine m̄tis 7
corp'is mūdicia deo placere p'fecte
possūt. p̄dictis colorib; addenda ē
bissus retorta. ut castitatis mundi
ciā ɔseruetis ī carne. 7 illa castitas
carnis retorqueat' ad m̄tē. ut ca-
sti sitis carne 7 sp̄u. Deb7 aūt fieri
uelū urm̄ ope plumario siue ope
plumarij. Op9 plumariū dicebat'
op9 illd q2 ad imaginē quarūdam
auiū q plumas hñt uarijs colorib;
decoras: pulchra erat uarietate ɔ-
textū. ut certe op9 plumarium
dicebat' ab acu q lig' q̄dā pluma
dr̄ eo q2 acu tela pingebat'. Fie-
bat eñ p'mo tela. 7 dehinc ip̄i te-
le uarie picturationes d' filis se-
ricis iacīctini. purpurei. cocci-
nei. 7 bissini coloris. ope manu-
ali acu īserebat'. Hoc gen9 ueli
bistratū dr̄ ul' polimitū a mł-
tiplicitate liciorū. Debetis 7 uos
kmī cū regina circūamicta ua-
rietatib; uela ura cū multipli-

citate bonorū opum ^ distinguere. [margin: ī uirtutū]
7 morū illustriū. 7 studiorū sp̄ualiū
decoras picturationes sup induce.
ut sit op9 urm̄ plumariū. i. ad mo-
dū auiū q uarias hñt plumas ua-
ria pulchritudine decoratū. 7 q2
pluma quadā ut diximus lingua
acus dr̄. Acus ū q2 pingit curā et
sollicitudinē designat: debetis cū
īgenti sollicitudīe urām salutem
opari. Cura eñ ī grece acos dicit'.
Vn 7 achademia dicta ÷ quā opin-
tionis no celebris 7 clari nominis [margin: Acadēmia Platonis.]
fec̄ ille ph'orū omniū nobilissim9
plato. quē tulli9 cū d' ph'ylosophis
illustrib; loquit' q̄ excellentissimū
oīum semp excipit. Ille eñ eminē-
tissim9 plato ī ea quā diximus uilla
morabat'. 7 insignes docebat disci-
pulos q 7 achademici dicti sūt. 7 loc̄
illū ea maxime d' causa q̄ sp̄alem
elegant. ne discipli sui uicijs 7 fe-
dis opib; eneruati succūberēt. s; po-
ci9 studijs 7 ūtutib; uacarēt. q's ille
loc9 qui uarijs 7 crebris tremotib;
ɔcutit' sollicitos poci9 7 curiosos ad
honeste uiuendū redderet: q̄ luxuri-
a mollis resolueret. Et q'nq; inqt
colūpnas de aurabis lignorū sethim
an quas ducet' tentoriū. Multa ha-
betis exēplaria q uos ad bene agē-
dū 7 honeste uiuendū cumulati9
excitēt. 7 sub ueti lege 7 sub noua
fuert multi magnarū ūtutū uiri.
q hacten9 ecclām fideliū exemplis
suis ornāt 7 illustrāt. Hos significat

hee columpne. Columpne domum ornant. illuminant. sustentant. Ita et sancti uiri ornant sancta conuersatione. illuminant eruditione. sustentant oratione. Ornant exemplis. illuminant doctrinis. sustentant suffragiis. Quinque dicuntur hee columpne. quia et quinque sunt distinctiones sanctorum uirorum. due in ueteri testamento. tres in nouo. Fuerunt enim patriarche. prophete. martyres. confessores. uirgines. Patriarchas siue patres commendauit longanimitas. prophetas fidelitas. fideles fuerunt et in preceptorum obseruatione. et in ueraci promissione. Martyres caritas. confessores claritas. uirgines castitas. In patribus longanimis expectatio. In prophetis certa promissio. In martyribus feruens dilectio. In confessoribus clara operatio. In uirginibus munda conuersatio. Has columpnas debetis deaurare. Has columpnas deaurat qui conuersationem sanctorum auream id est sapientia et contemplatione perfulgidam. attente considerat. Ante has columpnas suspendi debet tentorium uestrum. quia sanctorum exemplis doctrinis. suffragiis. debetis muniri. ut uiuatis sicut uixerunt. ut doceatis sicut docuerunt. et ut de eorum suffragiis potius quam de uiribus uestris confidatis. Notare debetis quod ille columpne fuerunt de lignis sethim. quod est arbor similis albe spine. et est inputribilis. quia dominus candorem mundicie diligit. nec illos amat qui quasi iumenta computrescunt in stercore suo. sed eos qui in carnis et mentis mundicia perseuerant. quod est inputribilem esse. Donet autem nobis dominus ut a uelo confessionis et penitentie sic transeamus per uelum professionis et iusticie. ut in per uelum timoris et reuerentie traducamur ad lucem glorie. ubi ablatis huiusmodi uelis uideamus dominum faciem ad faciem cognoscentes sicut et cogniti sumus. Qui in trinitate perfecta uiuit et regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

In epiphania domini.

Qui sedes super cherubin. manifestare coram effraim. beniamin et manasse.

Quoniam hodie domini et fratres mei epiphanie id est manifestationis sollempnitas agitur. ut de manifestatione loquar festo diei congrue uidetur. tres esse christi manifestationes nemo fidelium dubitat. non loquor de manifestationibus enigmaticis que fiunt per diuinam inspirationem. uel per secretorum celestium que in mente purgata fit contemplationem. uel per creatoris ex creaturarum consideratione cognitionem. qualiter nobiles philosophi deum cognouerunt. quem tamen non sicut deum glorificauerunt. de manifestationibus ago manifestis que fuerunt. non per speculum et in enigmate sed facie ad faciem. Vna iam transiit. due secuture sunt. quarum due in carne. tercia in natura utraque christi. Prima in humilitate. secunda in potestate. tercia in iocunditate. Prima in patientia. secunda in iusticia. suprema in gloria. In prima christus apparuit quasi erumpnosus. in secunda apparebit uictoriosus. in tercia gloriosus. In prima uidit eum propheta. et non erat ei species neque decor. in secunda ueniet cum pote-

state magna 7 maiestate. Intrita uidebit oculi iustorum regem in decore suo. Secundum triplicem hanc xpi manifestationem propositum prophete uersiculus triplicem recipit lectionem. quod ut lucidius pateat notandi sunt tres status. Primus patrum aduentum xpi precedentium 7 ardenter desiderantium. Secundus sanctorum spirituum exutorum a carne 7 corporum suorum redemptionem expectantium. Tercius iustorum peregrinantium in carne 7 ad eternam suspirantium gloriam. Huic triplici statui congruit propositum capitulum. Primo sic conuenit. Qui sedes super cherubin 7c. Vox est patrum precedentium xpi incarnationem. qui quanta auiditate flagrantia illam desiderauerint ut prophetarum pretereamus testimonia. quod id multipliciter ostendunt. ipse xpc sufficienter edocet uobis discipulis dicens. Multi reges 7 prophete uoluerunt uidere que uos uidetis 7 non uiderunt. 7 audire que auditis 7 non audierunt. Vox ergo illorum est ad ipsum filium. o tu qui sedes super cherubin manifestare. Sessio cum uariis in locis uarias significationes habeat. hic pro quiete 7 pace ponitur. nec incongrue. Vulgo etiam cum quiescere uolumus solemus dicere sedeamus. 7 hic sedet menti mee. i. placet. Porro cherubim interpretatur plenitudo scientie; est ergo sensus. o tu fili qui sedes super cherubin. qui scilicet es in summa pace 7 quiete 7 dilectione que pax 7 quies 7 beatitudo omnem scientie plenitudinem transcendit. cuius pax exsuperat omnem sensum manifestare. suscipe carnem in qua manifesteris. in qua perturbationes nostras suscipias ut nos liberes a perturbationibus nostris. Qui in natura diuinitatis inuisibilis es 7 lucem habitas inaccessibilem corporalibus oculis. assume humanitatem in qua uidearis. Visio enim tua salus est. orat de te propheta ad dominum. ostende nobis faciem tuam. i. filium tuum. 7 salui erimus. Qui ergo in natura tua inperturbabilis es. suscipe nostram. in qua pro salute nostra patiaris. Semper predicata est nobis misericordia tua. 7 quia miserationes tue super omnia opera tua. tria sunt potentia. sapientia. misericordia. In duabus primis manifestatus es. manifestare tercia. Noli continere in ira tua misericordias tuas. Manifestasti in mundi creatione potentiam. in dispositione sapientiam. manifesta in assumptione carnis 7 humani generis redemptione. tuam misericordiam. ut homines 7 iumenta. i. sapientes 7 fatuos salues domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Manifestare. co. ef. ben. 7 ma. i. manifestare coram iudeis; per beniamin enim 7 effraim 7 manasse sinedochice omnes iudeos. i. a parte totum significat. de gentibus tacet quibus promissus non erat. unde ipse filius in euangelio. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Iudeis missus est ex promissione. quotquot enim dei promissiones in illo est. i. in illo exhibite sunt. Gentibus uero licet missus non est ex promissione sed missus est ex miseratione. Alioquin parum est mihi dicit per prophetam pater ad filium ut sis seruus mihi ad suscitandas tribus iacob 7 feces israel conuertendas. dedi te in lucem gentium ut sis salus mea

usq; ad extremu terre. Porro missus est gentib; p miseratione n p p missione. Vn dic apls gs sup mia honorare dm. 7 p pha recordat e mie sue q ntu ad gentes. 7 ueritatis sue q ntu ad domu isrl. Qm g solis iudeis mittendus erat filius ex p missione ex p sona patru dic ad filiu p pha. ma. co. ef. ben. 7 ma. i. cora iudeis. Ia ad sedem transeam lectione q sedo statu congruit. Qui sedes sup che. Vox e animar p stolantium suor corp m redeptione. 7 in desiderantiu sedam xpi manifestatione. q erit i iudicio. Vn e illd iohis i apocalipsi. Vidi sub altare dei animas scor uociferatiu 7 clamantiu usq; dne iuste 7 potens n uindicas sanguine nrm q effusus e in tra. Qd au anime scor uidicari uolut n e ex malicia s; ex iusticia. q eni dei uoluntate manifeste contemplant. 7 uni cu eo sps st. n possut ab ei iusticia dissentire. q sic iustis ita 7 impiis redditur est iuxta opa sua. pot 7 alit exponi illd iohis. Vsq; n uindicas dne. i. n adquiris 7 colligis ubicq; disp sus sit sanguine nrm. qd erit i comuni resurrectione. qndo canet tuba 7 mortui resurget incorrupti. 7 capill e de capite scor n p ibit quem dns n uindicet 7 restauret. Vindicare eni p adquirere p. i. n p. e. scribit. ut dicat uindicare. n uendicare. Vedicare eni abusiue dr ut dic nonius marcellus. Clamat g aie scor ad filiu. q sedes sup che. q natura humanam sup omne p ncipatu 7 potestatem. 7 sup oms e sumos anglor ordines exquib; un e cherubin. 7 sup omne creatura extulisti. sedes ad dexteram i. i optimis bonis patris. manifestare ueni ad iudiciu in q manifestetur tue diuinitatis potentia. q in p mo aduentu abscondita e fortitudo. Et mito ad filiu n ad patre clamat. qua pat n iudicat queq m. s; omne iudiciu dedit filio. q filius hominis e. Licet enim i separabilia sint opa trinitatis. q tam sola humana forma filii apparebit i iudicio. soli filio iudiciu attribuit. Dr itaq; illi. Manifestare. co. ef. ben. 7 ma. P effraim bonos 7 malos uniu sos ta electos q m reprobos accipit. P beniamin q interp tat fili dextere. oms q ad xpi dextera statuent intelliges. P effraim 7 manasse. oms reprobos. 7 recte. oms electi uno tm noie. reprobi plurib; noib; signant. q 7 illi unius moris sut i domo dni. 7 habitat i unu sollicetti seruare unitate spc i uinclo pacis. 7 una petiit a dno. 7 isti p plura scindunt 7 dissipant desidia. Et 7 alia ro qre p effraim 7 manasse accipiendi st oms reprobi. Duo sut reprobor gna. Vnu q habundat altm q eget. Vnu q i uia hui uite p sp at altm qd affligit. Sut eni reprobi quida q habundates in sclo obtinuert diuicias. q p fruetes h uite deliciis. ducut in bonis dies suos. P mptuaria eor plena eruc. ex. h. i illd 7 c. Hii recte p effraim q frugiferu sonat designant. q iuxta p pham a fructu frumti. uini.

⁊ olei sui multiplicati sunt. Sunt ⁊ reprobi paupertate scalentes ⁊ miseria. ⁊ michi plorantium prauitatis sunt ⁊ peruersi. non ipsa uexatio intellectum dat illorum auditum. ⁊ percussi non dolent ⁊ attriti renuunt accipere disciplinam. hos interim designat manasses qui obliuione sonat. Hij enim uere obliuioni dati sunt. ⁊ uere sunt obliuiosi. quorum tam nimius est quam deus obliuiscitur. hij sunt uulnerati dormientes in sepulcris. i. in ferentis conscientie latibulis. quorum deus non est memor amplius. quorum non est memor. i. ut eis misereatur. uel illa parua misericordia sua de qua dicitur. misereamur impio ⁊ non discet facere iusticiam. In terra sanctorum iniqua gessit. ⁊ non uidebit gloriam domini. Est magna misericordia domini quod peccata condonat. qua electos ad uitam preordinat ⁊ perducit eternam. Est parua misericordia qua quibusdam temporales diuicias ⁊ consolationes transitorias impendit. de qua misericordia per prophetam a domino dicitur. ad carnalem israel. Quid faciam tibi effraim. quid faciam tibi iuda. misericordia uestra quasi nubes matutina. ⁊ quasi ros mane pertransiens. Hac misericordia miseretur dominus impio. largiens illi unde prauas suas impleat uoluntates. qui occasione diuitiarum resolutus uoluptatibus uacat. Sunt enim ut ait quidam diuitie satellites uoluptatum. Inde est quod sequitur. ⁊ non discet facere iusticiam. Quod autem addit in terra sanctorum iniqua gessit ⁊ non uidebit gloriam domini. Vehementer terrere potest eos qui redditus ecclesiarum. oblationes ⁊ lacrimas uiduarum consumunt in luxuriis. De illis enim signanter dicitur. quod uidebit gloriam domini. Gloriam utique iudicantis. non gloriam remunerantis. Gloriam potestatis qui conteret impios in iudicio. non gloriam deitatis quam iusti uidebunt in regno. Gloriam de qua dicit per prophetam. Glorabor in hostibus meis. non gloriam de qua dicitur. tollatur impius ne uideat gloriam dei. ⁊ misereamur impio. certum super omnes impios. uel illis impijs quibus deus nec misericordia miseretur eterna non saltem temporali. Illi siquidem miserabiliores sunt omnibus hominibus. In hac parte timeant sibi claustrales. Nemo enim infelicior illo qui in claustro pauper est ⁊ perfusus. qui cum temporalem sustineat paupertatem. prius est ⁊ perclusus ad iniquitatem. Qui licet in principio conuersionis fuit uoluntarius. processu temporis deprauatur per maliciam. tunc est pauper necessarius. Qui cum spiritu ceperit. carne consummatur. Hic est ille fatuus de quo per uirum sapientem dicitur. precordia fatui quasi rota carri. quod portat fenum ⁊ murmurat. Hij cum ferant pondus diei ⁊ estus mercedis eterne denario priuantur. Transeunt per ignem ⁊ aquam ⁊ non educuntur in refrigerium. Hij uere iuxta prophetam duplici contricione conteruntur. ⁊ in eos consurget quasi duplex tribulatio. Si est miseria sicut miseria hec. si est dolor sicut dolor iste. uideant ipsi ⁊ iudicent. Hij recte per manassem intelliguntur. qui in memoria dei non ueniunt. ut eis eternaliter uel saltem temporaliter misereatur. Quorum deus obliuiscitur ⁊ quibus dicetur est nescio uos. licet eorum peccata abscondita sint apud dominum ⁊ signata in thesauris eius. licet peccata eorum scripta sint stilo ferreo ⁊ ungue adamantino

tuo. Iā ad t'tiam ueniam' lectionē. 7 uideam' qualit' statu t'tio ɔgruat. Tercius stat' ē iustoꝝ q̄ sub carnis sarcina gemētes ad et'nam glām suspirāt. iudiciū n̄ desiderāt. Anime ū̃ a carne solute & glā carentes iudiciū clamāt. Qđ apte fieri patet si ppendāt' q' aīe iustoꝝ iā susceperūt unā stolā. secure d' reliq̄. 7 ideo cū ingenti fiducia iudiciū p'stolant'. Justi aūt q̄ diu pegrinant' a dn̄o glām suspirantes iudiciū exoptare n̄ psumūt. Quāuis eīn sibi forte ɔscij n̄ sint n̄ in h' tn̄ iustificatos se estimāt. q' q̄ eos iudicat dn̄s ē. Attendūt q' illi reddituri st' rōnē d' q̄ dicit aplś. q' uiuus ē sermo dei 7 efficax. 7 pe. oī. gla. an. p. u. ad. di. a. 7 spi. cū. q̄. 7 me. 7 dis. co. 7 in. cordis. ad quē nob' sermo. i. cui tenem' reddere rōnem. Attendūt 7 illđ salomonis. Nescit homo utrū an amore an odio dign' sit. 7 ideo iudiciū timēt n̄ optāt. Horrendū ē quippe icide' iman' dei uiuētis. Heu q̄m multi putāt se audituros ibi illđ u'bū bonū. u'bū ɔsolatoriū. u'bū iocundū. u'bū dulce. Venite b'ndicti patris mei. p. r. q. u. p. ē a. i. mundi. qui audituri sūt u'bū illud horrēdū. u'bū inportabile. Jte maledicti i ignē et'nū. Jdeo quib; dā d'uis p'sumitib; iniutis 7 iudiciū exoptantib; per pphām d't. Ve desid'antib; diē dn̄i. Ad quid eā uob' ē. Dies ista tenebre 7 n̄ lux in ea. Ea ꝓpt' iusti adhuc i carne degentes iudiciū formidāt. regnū desiderāt. Jn̄ ē illđ in oratione dn̄ica. Adueniat regnū tuū. ad ueniat regnū dicit' n̄ adueniat iudiciū. Hoꝝ g' ora ōino ē q̄ sedes sup' che. 7 c. Que scđm huc statū sic exponenda ē. O tu q̄ sedes sup' che. q̄ plenitudo sciē d't. p q̄ iuxta beatū g'gorīū accipit' caritas. q' plenitudo legis caritas ē. Jgit' hic ē sensus. o tu q̄ sedes sup' che. i. q̄ pacifice regnas i illis cordib; q̄ replet caritas. manifestare corā ef. ben. 7 ma. i. corā oīb; 7 solis electis. Hec manifestatio erit i regno. d' hac manifestatiōe p pphām d't. Firmamtū ē dn̄s timtib; eū 7 testamtū ipsi. i. pactū ut manifestet' illis. d' hac quib; dā dn̄s pmittit. 7 manifestabo eis meipm. Hec ē dn̄e uita et'na. ut cognoscāt te uerū dm̄ 7 quē misisti ihm xpm. Jn illa manifestatione dn̄s ihs transiens manifest'bit sciis. transiens d' manifestatione humanitatis ad manifestationē diuinitatis. Oīs electi p ef. ben. 7 ma. designant'. Tres st' ordines saluandoꝝ. penitentes. actiui. ɔtēplatiui. Hij oīs 7 hij tn̄ saluabunt'. p effraim q̄ frugifferū sonat actiui q̄ frugiferi st' inopib; bonis i'telligunt'. p beniamin filiū dext'e penitētes. ut q' ipi ad dexteram statuent' ut q' filij st' fortitudinis. Nichil eīn forti' q̄m ueterē uitā deponē. nichil difficili' q̄ ɔsuetudinē uincere. q' ɔsuetudo transit i mores. 7 difficult' radit' quicq̄d rudes animi inbiberit. 7 notādū q' mat' uocauit eū benoni. i. filiū

dolorís. pat' u͛o uocauit beniamin .i.
filiū dextere. penitētes enī in ꝯusionis
initio q̄ sine dolores et difficultate
ab illis reb; n̄ recedūt quib; cū mag
na delectatione inheserat. filium
masclm .i. op' fortitudinis et hone
statis. sine quadā grauedine sen
sualitatis edere n̄ pot. Cetm p' quā
tā intensione ꝓpositi q̄ bn̄fitio cō
suetudinis ꝯualescit . et roborat' aīo
forti et uirili. leuia iudicat que p'
illi difficilia uidebant'. Pm̄ p mana
ssen recte designant' ꝯtēplatiui.
vt q' iuxta apłm q̄ retro sūt obliti.
in anteriora se extendūt. vt q' sui ip̄ius
q̄i quandā patiunt' obliuionē. q̄n
ꝑ excessū ꝯtēplationis sup' se rapiūt'.
Hanc obliuionē sibi fatebat' accidisse
beat' apłs q̄ cū se usq; ad tertiū celū rap
tū q̄i d' alio loq̄ns narraret siue i cor
pore inq't nescio siue ext' corp' nescio
ds scit. Petrus q; in transfiguratione
dn̄i hanc obliuionē incurrens. faciam'
ait hic tria tabnacła. t' unū. moysi
unū. et helye unū. Nesciebat enī in
q't euanglista q̄d diceret. Recte itaq;
ꝑ effraim actiui. p beniamī ꝯusi.
p manassen ꝯtēplatiui. intelligunt'.
Hij sūt tres ordines ut diximus saluā
doꝝ. Hec sūt in lege tria sacrificiorū
gn̄a. sacrificiū bouis. sacrificiū capre
uł ouis. sacrificiū auis. P sacrificium
bouis actiui q̄ frat'bus se substern
nūt laborib;. p sacrificiū capre ł ouis.
penitētes qui et peccm̄ q̄d p' in capra
ꝑ' fetorē signat'. in se occidunt.

et innocentiā que p oue accipit' dn̄o offe
runt. P sacrificiū auis ꝯtēplatiui signāt'.
q̄ ꝯtēplationis pennis sursū eleuantur.
hos .iii. ordines saluandoꝝ designant
tres reges q̄ hodie ad adorandū dn̄m
uenerūt. q̄ꝝ un' aurū. scd's thus. t'ci'
myrrā obtulit. Aurū .i. subam huius
mundi offerūt actiui. facientes sibi a
micos d' mām̄ona iniquitatis q̄ eos re.
i. e. ta. Hij sūt cedri in quib; passeres
nidificāt. q̄ꝝ .s. adminiculis paupes
sustentant'. Contēplatiui offerunt
thus orationis et deuotionis. hoc est
incensū q̄d offert' in odorē suauissi
mū dn̄o. Penitētes aū offerūt myrrā
amaritudinis et mortificationis. Sed
notandū ē q̄d singulus q̄sq; regū ut cre
dim' obtulit hec tria munera. aurū.
thus. et myrrā. Q̄uis enī actiuoꝝ q̄i ꝑ
priū et speciale sit ut bonis opib; īten
dāt. ꝯtēplatiuoꝝ ut orationib; et me
ditationib; incūbāt. ꝯusoꝝ ut se ꝑ pe
nitentiā affligāt. actiui tn̄ q' int' car
nales ꝯusant'. et necce ē ut a ꝯtubnijs
illoꝝ et a negocijs quib; implicant'
peccm̄ contrahāt. qui enī tangit picem
inquinabit' ab ea. solliciti sūt ut que
ꝯmittūt p penitētiā abluāt; ip̄i quoq;
ne nimis eoꝝ uis inferior sisolis tran
sitorijs se prsus inuoluāt. tenebris of
quib;dā hoꝝ luminū gradib;. saltu
temerario. sine caritate. sine opib;
⁊ itelligentia ad p̄dicationis officiū
transiluit. Lum̄ ū p̄dicationis seq
deb; lux ɔtēplationis. ut sic scrip
tū ē q audit dicat ueni. Audit pp̄ha
qd loquat in se dn̄s ds̄. Illi ɔuenit
p̄dicare que unctio docet de om̄ib;.
Qui audit int qd doceat foris. Qui
ingredit ⁊ egredit ⁊ pascua īuenit.
Ingredit p ɔtemplationē. egredit p
p̄dicationē. ⁊ ubiq; pascua inuenit.
In ɔtēplationē n̄ suauissimos gustus
interni dulcoris. In p̄dicatione salu
berrimos fruct pii laboris. Lux i
tentionis ponit ultima. cui puri

tas totum corpus bonorum operum et virtutum
illuminat. unde. Lucerna corporis tui est
oculus tuus .i. intentio tua. Cum his
septem lucernis debemus occurrere sal
vatori nostro. Hee sunt lucerne de quibus
zacharias. Vidi et ecce candelabrum
totum aureum. et super illud lampas eius. et
super caput eius .vii. lucerne. et in lucernis
.vii. infusoria .vii. Candelabrum ecclesia
est que in medio prave et perverse nationis
lucem retinet splendide conversationis.
unde et aureum dicitur candelabrum hoc. quia sancta
ecclesia et fulgore contemplationis et sapien-
cie coruscat. et splendet. et honeste vite
aurea venustate rutilat et fulget.
Super hoc candelabrum lucerna eius est quia ihesus
christus ecclesie supereminet. eique virtutum
et graciarum lucem administrat. et super ca-
put eius lucerne .vii. Super caput cande
labri .i. in summitate eius. ut est in perfectis
viris .vii. lucerne de quibus diximus. potest
et per caput christus accipi in quo virtutum omnium
et graciarum plenitudo consistit. de cuius pleni
tudine nos omnes accepimus. unde et subditur.
et in lucernis infusoria .vii. Septem scilicet dona
spiritus sancti. spiritus septiformis. spiritus christi. a quo
lucernis predictis infunditur oleum gratie. Ac-
cedite igitur ad eum et illuminamini. quia ab
ipso gratia luminum. quia omne datum optimum
et o. d. p. d. s. e. d. a. p. l. Et facies vestre non
confundentur. Qui sic accedit. qui sic illumi
natur. facies eius non confunditur. Tres sunt confusi-
ones peccatoris. due in presenti. una in fu-
turo. Prima superbie. secunda prudentie.
tertia iusticie. Ex superbia quidem illa pro-
cedit confusio qua peccatoris confessionem et

penitentiam impedit. dum timet si con
fiteatur ignominias suas ne vilescat.
vel ne temporale commodum aliquod amit-
tat. et hec est secundum apostolum adducens peccatum.
quia peccatum auget et cumulat. et ad inter
itum perducit. Est autem et confusio prudentie.
quando peccator ad cor rediens et ex sua per
versitate confusus. prudenter eligit coram
sacerdote erubescere et confundi. ut
confusionem eternam evadat. Et hec est confu
sio adducens gloriam. Erit et peccatorum con-
fusio in extremo examine. quando dicetur.
Ecce homo et omnia opera eius. quando positis cū 7
sedibus iudiciariis aperientur libri .i. con
scientie singulorum. quando revelabit deus
abscondita tenebrarum. et manifestabit
consilia cordium. quando a prima porta .i. a visu
erit clamor. et a secunda .i. ab auditu ulu
latus. Tunc operientur sicut diploide con-
fusione sua peccatores. qui et in anima et in
corpore confusionem sempiternam accipient.
facies igitur peccatorum confundantur et confunden
tur. sed facies iustorum non confundentur ut eru
bescant. qui accedunt ad christum et illuminantur
Accedite igitur ad eum et illuminamini. et fa
cies vestre non confundentur. Quia vero ab ipso
mediatore nostro et accessus est et illumi
natio conversi ad eum deprecemur eum ut
ipse qui naturam nostram assumendo ac
cessit ad nos ut ad ipsum possemus
accedere. humanatus ut nos deificaret.
ita nobis gratiam accessus et illuminatio
nis conferat et adaugeat. ut ipso iuvante
et protegente facies nostre non confundantur. in extremo
examine. quando ipse iudex noster. dominus noster. ve
niet iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem.

In quadragesima.

In exitu isr͞l de egypto dom͞ iacob. d. p. b. Facta ÷ iu. s. e. i. p. e. Teste ap͞lo quecu͞q; scripta sunt ad n͞r͞am doctrinam scripta su͞t ut p͞ pacientia͞ & ꝯsolatione͞ scripturaꝝ spem habeam͞. Il͞ō g͞ dilectissimi uacare credendu͞ ÷ a my͞sterio psalmiste. Capitulu͞ de exitu filioꝝ isr͞l de egypto q͞d uēre caritati ꝓposui. S; si uob͞ gratum ÷ oportet ut p͞mu͞ ponam͞ fundamentu͞ historie ut ꝯgruenti͞ sup͞ edificare possim͞ parietes edificationis ac doctrine. Mortuo ioseph ceperunt filij isr͞l cultores uni͞ dei a pharaone 7 seruis ei͞ affligi 7 dep͞mi op͞ib; duris. in palea. 7 luto. 7 latere. 7 edificarue͞t pharaoni ciuitates tabnaculoꝝ phiton. 7 ramessem 7 on. ut dicit origenes id est heliopolim. Afflicti u͞ clamauerūt ad d͞n͞m qui p͞cussit egyptios plagis multis. 7 eduxit p͞p͞l͞m suu͞ de egypto ī manu moysi 7 aaron. 7 p͞ desertu͞ duxit in t͞rram ꝓmissionis. Ip͞a sup͞ficies historie nos satis edificat. Docemur eni͞ in omni tribulatione n͞r͞a clamare ad d͞n͞m ut liberet nos. sicut filij isr͞l clamauerūt ad d͞n͞m cum tribularent͞ 7 liberauit eos. Ceteru͞ in sensu sp͞ūali longe copiosior. longe fructuosior edificatio latet si diligenti͞ indaget͞. P͞scrutem͞ g͞ mysterioꝝ abdita. 7 suggamus mel de petra oleu͞q; de saxo durissimo. Tria loca su͞t. egyptus. desertu͞. t͞ra ꝓmissionis. Mystice egypt͞ ÷ uite carnalis siue sc͞laris uana 7 curiosa sollicitudo. Desertum ÷ m͞tis a curis sc͞li libe 7 diuinis obsequijs mancipate sc͞a solitudo. Terra ꝓmissionis ÷ ꝓmissa 7 optata sc͞is oi͞b; et͞ne patrie beatitudo. In egypto regnat pharao. i. diabolus ul͞ carnal͞ sensus. In deserto sp͞c rationalis. In t͞ra ꝓmissionis d͞s eternalis. In egypto 7 in deserto regnāt homines morituri. in t͞ra ꝓmissionis habitabunt cu͞ ang͞lis homines semp͞ uicturi. Int͞ egyptu͞ 7 desertu͞ g͞ sola ꝯu͞satio 7 intentio sep͞at. si uita tua sub q͞cu͞q; habitu mala ē 7 p͞u͞sa. in egypto habitas. Si u͞ bona. habitas in deserto. Si g͞ monachale͞ etia͞ ul͞ reg͞lare͞ habitu͞ gestas 7 uita tua carnalis ÷. habitas in egypto 7 seruis pharaoni. Si u͞ sc͞lare͞ habitu͞ portas 7 uita tua sp͞ūalis ē. habitas in deserto 7 d͞ō sacrificas. Videam͞ au͞ in quib; seruiāt pharaoni filij isr͞l du͞ su͞t in egypto. 7 q͞d deo sacrificēt in deserto. 7 tunc liquido p͞pende͞ poterit singul͞ q͞sq; n͞r͞m si egypti habitator ē seu deserti. Mortuo ioseph afflixit pharao in palea. 7 luto. 7 latere filios isr͞l. Pharao interp͞tat͞ dissipator ul͞ discoopiens. 7 diabolu͞ ul͞ sensum carnale͞ figurat. q͞ soliditate͞ uirtutum p͞ posse suo dissoluit 7 dissipat. q͞ sc͞oꝝ robora mētiu͞ q͞nq; frangit 7 eneruat. ip͞e peccata hominu͞ discoop͞it 7 de mu-

dat. Non uult ut habeant operculum illud
de quo lex dicit. Vas quod non habuerit operculum
nec ligaturam inmundum erit. Vasa autem
marum nostrarum sunt corpora nostra. De his ua-
sis dicit apostolus cum de sapientia et multiformi
gratia quam filius dei spiritu apostolis suis con-
tulerat loqueretur. Habemus inquit
thesaurum istum in uasis fictilibus. Et a-
libi. Hec est dei uoluntas sanctificatio ue-
stra ut sciat unusquisque uas suum possi-
dere in sanctificatione et honore. Vasa i-
sta non operiantur ut ligentur inmunda sunt.
Corpus enim quod corrumpitur agrauat ani-
mam et deprimit terrena inhabitatio sen-
sum multa cogitantem. Et iohannes apostolus
dicit. Si dixerimus quia peccatum non habemus
nos ipsos seducimus et ueritas in nobis
non est. Et beatus paulus. Omnes enim pecca-
uerunt et egent gloria dei. Vasa ergo ex se
inmunda sunt nisi operiantur operculo confessi-
onis et uinculis continentie ligentur. Iu-
bet alibi lex ut ingressuri sanctuarium
filii aaron feminalibus utantur li-
neis quibus uerenda celentur. Nemo
enim ad sanctum et terrificum corpus christi debet
accedere nisi pristinas turpitudines su-
as pura et sic purificante confessione
que per feminalia linea designatur
operiat. Propter hoc salubre confessionis
et bone operationis operimentum dicit
psalmista. Beati quorum remisse sunt
iniquitates. et quorum tecta sunt peccata.
Tale operculum odit pharao. et quibuscumque
modis potest tegumen confessionis a pecca-
tore remouet et peccata denudat et
discooperit. ut uideant homines et i-
mitentur. et ut uideat deus et iudicet.
Iste pharao filios israel affligit. Israel
uir uidens deum. et iacob luctator uel
supplantator populum fidelem figurat.
qui per fidem deum uidet et uitiis relucta-
tur. et ea supplantat. Istos semper impetit.
et quotiens potest in seruitutem redigit
et affligit pharao. Sed eos affligendi
non habet potestatem non mortuo ioseph. Io-
seph filius accrescens et decorus aspec-
tu illum significat qui iuxta danielem
de paruo lapide creuit in montem
magnum. et de quo dicit precursor iohannes. Illum
oportet crescere me autem minui.
Speciosus forma pre filiis hominum.
et decorus aspectu. cuius pulcritudinem
sol et luna mirantur. In quem deside-
rant ipsi angeli prospicere. Pharao ergo
filios israel non affligit. neque diabolus [non mortuo ioseph]
populum fidelem non mortuo ihesu. In qui-
busdam uiuit ihesus. in quibusdam mortuus
est. In illis uiuit qui peccato mortui
sunt ut deo uiuant. Sic uiuebat in eo
qui dicit. Viuo ego iam non ego. uiuit
uero in me christus. In illis autem mortuus est
qui iustitie mortui sunt. ut peccato ui-
uant. quorum membra non uiuunt. nec ser-
uiunt iustitie in sanctificationem. sed in-
mundicie et iniquitati ad iniquitatem.
Non ergo affligit te pharao nisi mor-
tuus fuerit in te ioseph. quia non mor-
tua fuerit in te fides christi que per
dilectionem operatur. forma christi. uita
christi non habet in te diabolus potestatem.
Sed si mortua fuerit in te forma et
imago christi. statim uexaris et affli-

generis a diabolo. Traditur quoque es sathane. utinam tamen in interitum carnis. utinam ut spiritus saluus fiat. Non est ista afflictio corporalis sed spiritualis. Sicut enim corporalis pharao corporaliter israel affligebat: sic spiritualis spiritualiter te affligit. Non loquor de afflictione que fit in corpore per aduersitatem et infirmitatem pro anime correctione: sed de afflictione spirituali. que fit per malicias et libidines ad anime dampnationem.

palea Affligit israelem pharao in luto et latere. Palea res leuis. lutum res feda. later res ignis decoctione indurata. Est igitur palea cogitationum et uoluntatum leuitas. lutum intentionum et operationum feditas. later igne concupiscentie decocta et in prauum indurata prauitas. Seruis igitur pharaoni in palea per leuitatem cogitationum. Seruis in luto per obscuritatem operationum. Seruis in latere quando per longam consuetudinem ad opera mala cor habes procliue et pronum. Hii sunt gradus descensorii. Primum per cogitationum euagationem leue cor discurrit et spargitur. Secundo a cogitationibus ad opus delabitur. dein opus frequenter iteratum in mores et consuetudinem uertitur. De tali materia fiunt urbes pharaonis phiton et ramesses. et on iuxta origenem. id est heliopolis. Phiton interpretatur os defectionis uel abissi. ramesses commotio tinee uel malicia de tinea. heliopolis ciuitas solis. Est igitur phiton auerita te deficiens oris falsitas. Est rameses cor consumens mundi cupiditas. Est heliopolis fallens et falsa sine rei ueritate operum claritas. Phiton edificant pharaoni qui dolis et mendaciis ora sua assueuerunt. Ramessen edificant qui mundi cupiditatibus sese importune inserunt. Heliopolim edificant qui falsam claritatem foris exhibentes corda spurciciis uel maliciis plena gerunt. Phiton construunt mendacii fabricatores. Ramessen mundi huius amatores. Heliopolim ipocrite et simulatores. Grata pharaoni ciuitas est phiton et forte munimentum. Os enim quod a ueritate deficit. et uelut abissus tenebrosa ueritatem obuoluit et occultat. alia cogitans et alia dicens. animam maculat et pharaoni sub iugat et in abissum precipitat ignis eterni. iuxta illud. os quod mentitur occidit animam. Et perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et disperdat dominus uniuersa labia dolosa. Ramesses autem que cupiditatem mundi significat. que sicut tinea uestem consumit. ita cupiditas commouet et consumit animam: pharaonis est ciuitas ualidissima. Hec habet tres turres fortissimas. luxuriam. auariciam. superbiam. Luxuria est in comessationibus et ebrietatibus et impudiciciis. in uestibus et lectisterniis querere mollia. Auaricia est cum anxietate querere. cum amore nimio tenere. aurum. argentum. nummos. facultates. predia. Superbia est dignitatum. honorum. potestatum

cie. desiderare 7 ambire fastigia.
difficile possunt expugnari s; multo
minus a fundamento dirui. Turres i-
ste; hec sunt q̄ orbē terra⁊ impugnāt
7 ab amore creatoris separant. 7 subi
ciunt pharaonis dominio. Juxta quod
scriptū ē. amicus huius mundi inimicus
dei constituitur. Et q̄ diligit mundū nō ē
caritas patris in eo. Est 7 heliopolis
nō parum dilecta pharaoni ciuitas q̄
edificant simulatores 7 callidi qui
prouocant iram dei. de quālib; a dño
dr̄. q̄ foris apparent iusti hominib;
intus aūt pleni sunt omni iniquitate et
spurcicia. Hee tres ciuitates uocā
tur ciuitates tabnaculo⁊. Tabnacu
la sunt corpa. sicut beatus paulus dicit,
loquēs de corpe mortali. 7 q̄ in h' ta-
bnaculo sumus grauati ingemiscimus.
Ciuitates tabnaclo⁊ sr̄. q' transito
rie sunt. sicut 7 ipa corpa. Mundus
enim transit 7 omnis concupiscentia ei'
7 preterit figura huius mundi. Sic p̄
mit 7 affligit spūalis pharao fide
les qui ppriis concupiscentiis abstrac
ti 7 illecti ei' se seruituti addicunt.
S; quandoq; in se reuersi 7 considantes pressu
ras suas clamant ad dnm. Qui mittit
ad eos moysen q̄ eos educat de egyp
to. Lex enim dni conuertens animas quā
legē designat moyses; opponit dns
peccato⁊ oculis phibitiones 7 precepti
ones legis sue. S; moyses gracilem ht̄
uocē 7 exilē 7 indiget aaron inter
pte. Aaron q̄ mons fortitudinis
interptatur. xpm designat. de quo
dicit ysaias. Erit in nouissimis dieb;
mons domus dni positus in uertice mon
tium. Et psalmista. Mons in quo benepla
citū ē deo habitare in eo. Sine hoc aa
ron elinguis ē moyses. q' lex sine
iuuante gratia xpi tenuis efficacie est.
Jubere enim pot nō iuuare. 7 littera
occidens ē si spū uiuificante careat.
Vnde dicit apls hominē legis descri
bens. condelector legi dei scdm interiorē
hominē. Video aūt aliā legē in meis mē
bris repugnantē repugnantē le
gi mentis mee 7 captiuantē me in le
ge peccati que ē in mēbris meis. Infelix e
go homo quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei p ihm xpm do
minū nrm. 7 subdit. Lex enim spūs
uite in xpo ihu liberauit me a lege
peccati 7 mortis. Hic uideo tres leges.
legē preceptor⁊. legē mēbror⁊. legē ani
mor⁊. Lex prima litteralis. scda car
nalis. tercia spūalis. Prima iussionis.
scda delectationis. tercia dilectionis.
Prima iubet. scda delet. tercia complet.
Prima imperat. scda oblitterat. tercia
liberat. Gracilem g' ht̄ uocē 7 fere
elinguis ē moyses sine aaron. quia
lex sine gratia xpi iubet nō iuuat. occi
dit nō liberat. nec educit de tenebris
egypti. Cū si gratia comitatur legem
pplus dei educitur de egypto uicior⁊.
Significat 7 aaron sacerdotē qui de
tenebris peccator⁊ reum confitentē sciis
exhortationib; educit. A confessione
necesse ē ut exitus iuuis incipiat.
iuxta quod scriptū ē. Incipite uel

p̄cinite dn̄o in confessione. 7 introite
portas ei' in confessione. 7 confessio 7 pul
critudo in conspectu ei'. Et in capitulo p̄
posito habes. in exitu isrl' de egypto.
facta est iudea scificatio ei'. Iudea sci
ficat. q' confessio mundat. n̄ scificaris
n̄ confitearis. Iuda te laudabunt fr̄es
tui. man' tue inimicoꝝ tuoꝝ in cer
uicib;. Iuda 7 ierl'm nolite timere.
cras egredienimi. Die egressionis ne
cesse est ut p̄cedat dies confessionis. In
ip̄o exitu fit confessio. scificatio confiten
tis. isrl' potestas ei' ul' in ea q' p̄ confes
sionē accipit penitens potestatē ut
sit fili' dei. Iuxta illd. dedit eis pote
statē filios dei fieri. Hic est aūt ordo e
gressionis isrl' de egypto. Profecti
de ramesse uener't in sochot. 7 de so
chot in ethan. Sochot interp̄tat'
tabnacl'm. ethan consūmat'. Primo
g' exeundū est de ramesse. i. de mun
di cupiditatib;. Prima mansio fu
it in ramesse. sp̄ualis g' isrl' 7 mane
deb7 p̄ma die in ramesse. 7 exire de
ramesse. In die penitentie manere
debet in ramesse p̄ peccoꝝ cogitationē.
Exire inde deb7 p̄ ip̄oꝝ peccoꝝ dāp
nationē. 7 abhominationē. Recogi
tare debet q'cq'd in triplici malicia
c'minalit' peccauit. i. luxuria scil'.
auaricia. 7 sup̄bia. Sic recogitabat
q' cōmiserat q' dicebat. Recogita
bo t' oms annos meos in amaritudi
ne anime mee. Post recogitationē
u' exire deb7. 7 recede. ip̄a peccata
dāpnando. abhorrendo. derelinqu

do. confitendo. accusando. sic dicit ie
remias. recedite exite inde. pollu
tū nolite tangere. Recedite p̄ odiū
pecci 7 condempnationē. Exite p̄ confes
sionē. pollutū nolite tangere p̄ con
sensum aut delectationē. Exeundū
est g' de ramesse. i. de mundi cupidita
te p̄ uicioꝝ mortificationē 7 inde ue
nire in sochot p̄ tabnaculi. i. fragilis
corp'is sui 7 uite mortalis considationē.
7 de sochot transire in ethan p̄ consum
matā 7 p̄fectā operationē. Hee sunt
tres p̄me mansiones isrl'is de egypto.
Hec est uia triū dierū de quib; dicebāt
moyses 7 aaron ad pharaonē. Ibimus
uiā triū dierū in deserto ut sacrifice
m' dn̄o deo nr̄o. Prim' dies penitentie.
scd's quietis 7 sapientie. terci' bone o
perationis 7 iusticie. Sc̄ p'mū die in
xp̄o cōmorim'. p̄ scd'm xp̄o cōsepelim'.
p̄ terciū cum xp̄o resurgim'. Ad cui'
mortis. sepelitionis. resurrectionis. i.
imitationē monet apl's ubi dicit. An
ignoratis q'm quicūq; baptizati sum' in xp̄o ihu
in morte ip̄sius baptizati sum'. Con
sepulti enī sum' cum ip̄o p̄ baptismū
in mortē. ut q'm xp̄c resurrexit a mor
tuis p̄ gl'am patris. ita 7 nos in noui
tate uite ambulem'. Si enī conplanta
ti facti sum' similitudini mortis ei'
simul 7 resurrectionis erim'. Exire
g' deb7 a p̄ncipio penitens de ramesse
i. de mundi cupiditate p̄ mortifica
tionē ut mortificet mēbra sua q' st̄
sup̄ t'ram. ut crucifigat carnē suā
cū uiciis 7 concupiscentiis. ut cū apl'o

possit dicere. xp̄o ꝯfixus sũ cruci.
deinde uenire debet in sochot ĩ ta
bnaclm scił in ꝯsid̃atione sue fra
gilitatis. Vacare debet ñ solũ á p̃ua
actione s; etiã á curis sc̄li 7 q̃ntũ p
mittit fragilitas ab ip̄a t̃renoꝝ co
gitatione. Sapientia eñi discit̃ in
tempore ocij. 7 q̇ minorat̃ actu p
cipiet eã. Indie g̃ sapie ꝯtẽplari 7
ꝯsid̃are debet corpis sui 7 misere
ꝯditionis fragilitatẽ. 7 et̃ne gl̃e feli
citatẽ. Hanc dupplicẽ ꝯsidationem
significauit spelunca dupplex in q̃
patriarche sepulti sũt. Solebat a
brahã sepelire mortuos suos ñ in
spelunca duplici. Solebat eos audi
re q̇ dicebant ei in electis sepulcris
nr̃is sepeli mortuũ tuũ. habẽt a
matores sc̄li electa sepulcra. volup
tates. delicias. diuicias. dignitates
uarias libidines. Inhis sepulc̄s pem
t̃ immersi sũt 7 sepulti ab amore dei.
Ita ut q̃m plures iudicioꝝ dei 7 ignis
eterni 7 uite ꝑpetue prsus ĩmemores
7 obliti sola t̃rena cogitẽt. diligant.
amplectant̃. Inhuiusmoĩ sepulcris ñ
uult abrahã senex fidelis ut sepeli
ant̃ mortui sui. s; poci⁹ in spelunca
duplici ut amota 7 auulsa á suis
cordib; memoria t̃renoꝝ. mũdo mor
tui 7 sepulti tractent. 7 ủsent. 7 ꝯsi
derent uigit̃ 7 uite p̃sentis calami
tatẽ. 7 uite ꝑpetue felicitatẽ. ut dor
miant int̃ medios cleros. int̃ duas
sortes 7 hereditates. int̃ terrenã et
et̃nam. ut t̃renam ñ appetant 7 ad
eternã totis desiderijs tendãt. Hoc
ẽ xp̄o ꝯsepeliri. hoc ÷ q̄d apl̄s dicit.
ꝯmortui estis 7 uita u̅r̃a abscondita
÷ cũ xp̄o in deo. De sochot ꝑgendũ ẽ
in ethan. de ꝯsid̃atione scił ꝑegrina
tionis ad opa ꝑfectionis. 7 hoc attinet
ad diẽ iusticie. ut q̇ recolit multipli
catas fuisse suas infirmitates. accele
ret ĩ nouitate uite ambulare. hoc ẽ
eñi cũ xp̄o resurge̊. ut q̊m̊ xp̄c resur
rexit á mortuis ꝑ gl̃am patris. ita 7
nos ĩ nouitate uite ambulem⁹. Vt
q̇ exhibuit m̃bra sua seruire iniq̇
tati ad iniq̇tatẽ. exhibeat ea seruire
iusticie in sc̄ificationẽ. semꝑ d̃ bono
ĩ meliora ꝑficiens. de uirtute ĩ uir
tutẽ ꝯsurgens. Vbi nos habemus
ethan. origenes ponit othon quod
nom̃ á signis interp̃tationẽ sortit̃.
q̄d bene ꝯgruit opum ꝑfectioni.
q̄r q̇ ꝑfecta 7 ꝯsũmata pollent opati
one. deleto 7 abraso caractere bestie
signant̃ 7 in cordib; ꝑ dilectionem.
7 in frontib; ꝑ ꝯfessionẽ. 7 in corpib;
ꝑ opationẽ. imagine saluatoris sti
mata ih̄u xp̄i circũferentes. portã
tes dm̃ in cordib; suis. induti ih̄m
.i. formã ih̄u 7 signati ab ip̄o. Ipse
ẽ eñi q̇ signat tauh sup frontes
uiroꝝ gem̃tiũ q̄d signũ saluat á
ꝑcutientib;. In h̄ loco signoꝝ p̃ce
dit sp̄ualem isr̄ł colũpna nubis
ꝑ diẽ. 7 colũpna ignis ꝑ noctẽ. q̄r
sp̄c sc̄i gr̃a ꝯtra estus uicioꝝ 7 ĩ
centiua tẽptationũ eoꝝ refrige
rat affect⁹. 7 in huius uite caligine

7 aduersitate illuminat intellect'.
Est aũt sita ethan in extremis fini
b; solitudinis. vicina enĩ sũt opa
pfectionis solitudini 9tẽplationis.
7 facilis 7 9gruus ẽ transit' de ethã
in solitudinẽ. de 9sũmata scil 7 p
fecta actione ad 9tẽplationẽ. In de
serto aũt 9tẽplationis 9struit uerus
isrl' tabnaclm dño. animas. s. suas
7 corpa in tẽplũ dñi. 7 habitaclm di
uinũ dedicantes. Ibi sacrificant ab
hominationes egyptiorũ dño deo
suo. Abhominationes egyptiorũ
hominũ. s. carnaliũ sũt paupertas.
humilitas. uestiũ uilitas. uictus
aspitas. silentia. ieiunia. subiectio.
pacientia. Hec 7 huiũmoi abhominã
tur 7 abhorrẽt homines sclares. que
in sacrificiũ gratissimũ offerũt dño
uiri spitales. Huiũmoi sacrificia spe
cialit' ad uos spectãt q̃ triũ dierum
iuue iã 9fecto. de pceptis ad 9silia.
de actionib; ad 9tẽplationis fastigia
euasistis. Iudicetis g' cũ moyse po
ciora ee diuiciis egyptiorũ ĩpperia
xpi. 7 ametis magis affligi cũ pplo di
q̃ tẽporali felicitate uanitẽ intume
scere 7 glari. Glorietr dic̃ iacob; frat'
humilis in exaltatione sua in spe. s.
exaltationis. de q̃ exaltatione dicit
beat' petr'. humiliamini sub potenti
manu dei ut uos exaltet in tẽpore
tribulationis. In hac spe. in hac fidu
cia glari debetis. qd p̃sentis uite la
bore qui p quadragenariũ signat'
9pleto introducet ihc uos ñ ille

filius nũ. s; filius dei de deserto cõ
templationis in trãm pmissionis.
Quod ipe efficere 7 pstare dignetur
ihc xpc. dux nr̃. mediator nr̃. qui cũ
patre 7 spũ scõ. u. 7 r. p. o. s. s. amen.

In quadragesima.

Dixit dñs ex basan 9uertã
9uertã in pfundo maris.
Tria sũt que miseros ho
mines detinere solẽt ut
á peccatis quib; ĩuoluunt' ñ possint
emergere. Primũ malũ ẽ ignorantie
cecitas. scdm cordis aut carnis infir
mitas. terciũ facinorũ ut' flagitiorũ
ĩmanitas. Primũ malũ facit ut
morbũ suũ egrot' ignoret. scdm ñ
sinit ut de cura salutis sue sollicitus
fiat; aut laboret. terciũ efficit ut o
pem medici p despatione ñ imploret.
Qui pmo malo pssus ẽ excusat se p
ignorantiã. q̃ scdo; p ipotentiã. qui
tcio; p diffidentiã. De pmo dicit osee
ppha sub specie effraim. Effraim fac
tus ẽ panis subcinericius q̃ ñ reuersat'.
Alieni comederũt robur ei' 7 ipe ig
norauit. 7 ali' pph a. ppls meus duct'
ẽ in captiuitatẽ eo qd ñ habuit scien
tiam. 7 apls. Ignorans ignorabitur.
Sub spẽ scdi dic̃ psalmista. Miserere
mei dñe qm infirm' sũ. 7 apls homi
nẽ legis describens. ñ qd uolo aio bo
nũ hoc ago. s; qd odi malũ hoc facio.
Tertio malo oppssus erat cain q̃ dicit
ad dñm. Maior ẽ iniqtas mea q̃ ut
ueniã merear. Ignorantia tẽpore na
turalis legis excusationẽ aliq̃ huit.

Concupiscentiam enim nesciebam nisi lex scrip
ta diceret: non concupisces. Ut autem de lege
sileam et prophetis in quibus que mala sint mul
tipliciter edocetur, et ad illa declinanda divi
nis preceptis instanter admonetur. Tempore gratie lo
cum non habet excusatio hec. Apparuit enim gratia
dei salvatoris nostri non uni sed omnibus hominibus
erudiens nos ut abnegantes impietatem //
// et se. de. sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo.
Subinde apostoli et apostolici viri. Hylarius. Ambro
sius. Ieronimus. Augustinus. Gregorius.
et ceteri sancti doctores ecclesie tam luculente
tam uberi doctrinarum suarum claritate.
preciosum a vili. bona a malis. virtu
tes a viciis separant et distinguunt. ut ma
nifesta sint sapientibus et insipientibus
opera carnis. que sunt fornicatio. immundicia.
avaricia. veneficia. invidie. ire. rixe.
contentiones. emulationes. dissensiones.
comessationes. ebrietates. furta. ra
pine. et his similia de quibus dicit apostolus. quoniam
qui talia agunt regnum dei non consequentur.
Proinde si quis infirmitatem cordis vel carnis
pretendat. tempore legis quando passiones
peccatorum dominabantur in nobis locum habuit
aliquem excusatio hec. Lex enim iussit
non iuvit. peccatum ostendit non consumpsit.
Tempore vero gratie non habet excusatio hec
locum satis congruentem. Quod enim inpossi
bile erat legi in quo infirmabatur per
carnem. mittens deus filium suum in simili
tudinem carnis peccati. De peccato dampna
vit peccatum. ut iustificatio legis im
pleretur in nobis qui non secundum carnem am
bulamus sed secundum spiritum. Missus est christus
dei virtus et dei sapientia. Quia sapien
tia est: illuminat ignorantie cecita
tem. quia virtus: iuvat et roborat infir
mitatem; quia sapientia tenebras aufert.
quia virtus fortitudinem confert. Denique
dominus dixit. ego convertam. Si dominus convertit
quis avertet? Si deus pro nobis quis contra nos?
Qui etiam proprio filio suo non pepercit. sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Quomodo cum
illo nobis omnia non donavit? Donavit
utique omnia. donavit veniam. dona
vit iusticiam. Hinc est quod excusatio ter
cia de inmanitate scilicet peccatorum locum non
habet. Omnis autem qui petit accipit. non autem
quidam qui petit. sed omnis qui petit sive
iustus sive peccator quantumcumque flagicio
sus vel facinorosus si ex corde petit.
accipit. Qui desperat blasphemat in
spiritum sanctum. divitiarum bonitatis et mise
ricordiarum dei penitus obliviscitur. Advocatum
habemus apud patrem ihesum iustum. ipse est
propiciatio pro peccatis nostris. medicus efficax
ad quantalibet vulnera sananda. dominus po
tens ad vincula quelibet resolvenda.
Sit qui invocet non deerit qui exaudiat.
sit qui revertatur non deerit qui convertat. Denique
dominus est qui dixit. ego convertam in profundo
maris. Illos qui sunt in profundo maris de
speratissimos scilicet ego convertam. Mare quia
salsum est et amarum: peccata malicie.
quia fluxum et labile est: lubrice mala lu
xurie. quia vero inquietum: vicia designat
curiositatis et avaricie. Profundum ergo
maris: profundum viciorum. De hoc profun
do dicit salomon. Stultus cum venerit
in profundum viciorum contempnit. et propheta
sub persona peccatoris clamat ad dominum.

Non me demergat tempestas aque. neque absorbeat me profundum. neque urgeat super me puteus os suum. Tempestas aque uehementia temptationis. tempestas aque demergit quem temptationis uehementia perducit usque ad peccati perpetrationem. profundum absorbet per consuetudinem. puteus claudit os suum per desperationem. Non est desperandus qui licet magnus et multis sit confossus uulneribus; opem tamen medici sapientis et efficacis implorat. Ille desperandus est qui supreme necessitatis morbo laborat. qui non solum profundo consuetudinis absorbetur. sed et puteo desperationis conclusus non clamat ad dominum qui conuertit illos et qui sunt in profundo maris. Ad quem clamat propheta de profundis. Qui conturbat profundum maris ut reddat absorbtos et sonum fluctuum eius ne rursus absorbeant redditos. qui congregat sicut in utre aquas maris. id est inundationes concupiscentiarum coherceat; ne nocere possint illis quos uiuat. et ponit in thesauris abyssos. id est abyssis corruptelarum demersos. fluxos et lubricos; in bone dispositionis sue thesauris saluandos reseruat. ut qui fuerant uasa contemptibilia. uasa dedecoris et ignominie digna ut in sterquilinium proicerentur; fiant uasa preciosa. uasa honoris et glorie. digna que in thesauris domini reponantur. Dicat ergo propheta. Dixit dominus conuertam. conuertam in profundo maris. Unde uero dominus conuertere incipiat ostendit cum intus ponitur ex basan. Basan iuxta quosdam expositores confusionem sonat. Est autem duplex confusio. Est confusio lugubris. et est confusio salubris. confusio adducens ad peccatum et ignominiam. et confusio adducens salutem et gloriam. Confusio lugubris est quando quis confundens fasque nefasque; et in confusione quadam inertis et caligine positus. quid operetur. quid cogitet. quid loquatur nec attendit nec curat. Uel certe confusio lugubris est quando quis mortali abducitur uerecundia; uenenum sui cordis euomere. ostendere uulnera. et detegere peccata. pre pudore humano confunditur. tanto periculosius laborans quanto ad querenda morbi sui remedia negligentior inuenitur. Est uero confusio salubris quando peccator rediens ad cor. et peccati sui deformitatem considerans; dolet. confunditur. Diuini tamen timorem examinis incutiens manus horrendum est incidere. humane postponens uerecundie; coram sacerdote christi uicario mauult ad horam confundi. quam coram uniuersitate angelorum et hominum in die iudicii. Ab hac salubri confusione conuertere incipit dominus. Ut autem id liquidius pateat; notandum quod .iiii. sunt quibus misera et infelix anima a deo auertitur. et e regione .iiii. quibus ad dominum conuertitur. Quatuor inquam sunt quibus infelix anima de malo in peius deficit. et .iiii. quibus de bono in melius proficit. Quia ergo prius est quod animale deinde quod spirituale; aduertamus prius modos auersionis. et subinde reuertamur ad modos conuersionis. Quatuor ergo sunt augmenta malorum quibus magis ac magis a deo letaliter auolat et exulat infelix anima. Primus gradus est peccati perpetratio. secundus delectatio. tercius dissimulatio.

quart^e^ gradatio. Cum primum gradum mortis pono peccati perpetrationem: de illis peccatis loquor que tamen postquam foras prodierint non de illis que in occulto conscientie supplicia delitescunt. Licet enim peccati mortalis consensus ad mortem sit. unde qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam .i. consentiens concupiscentie sue: iam mechatus est eam in corde suo. quia tamen a peccatis que intra domum conscientie ultionem uel uerecundia cohibentur. neque postquam delectationis augmentum uel inuerecundie robur acceperint. facile est resilire atque conpescere: mala latentia non ita mortifera reputantur. Unde de archisinagogi filia que mortua est in domo patris sui. et significat animam in sola conscientia mortuam: dicit dominus non est puella mortua sed dormit. Soporatam non mortuam qui iudicabat. que ad opus prauitatis nondum processerat. Inde est quod frater domini iacobus in epistola canonica de morte latentis peccati subiciens. Concupiscentia autem cum conceperit parit peccatum. Peccatum uero cum consummatum fuerit postquam scilicet generat mortem. Primus ergo gradus aucsionis peccati perpetratio. Quia uero non ex morosa deliberatione. non ex diuturno proposito. sed inopina surreptione. uel uehementiori temptationis impetu peccatum quandoque perpetratur: secunda tabula post naufragium est statim post pactam nequiciam penitere. dolere. conteri. Porro unum dolendum est quidam non solum de commissa prauitate non dolent: uerum etiam qui fecerint gaudent. et in uia peccatorum stantes: nequiciam suam repetere delectantur. In secundo gradu aucsionis iam positi .i. in peccati delectatione. De huiusmodi dicit salomon. Qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Et dominus per prophetam de huiusmodi anima. Qui diligit autem iniquitatem odit animam suam. Et per ieremiam. Quia uilis facta es nimis iterans uias tuas. Sic ergo scriptum est ut qui in sordibus est sordescat adhuc .i. amplius. Et alibi. sanguis sanguinem tetigit .i. peccatum peccato connectitur. ut longa restis fiat. Qui huiusmodi est in malicia sua magis ac magis confirmatus: ut liberius peccet malo delectationis accumulat malum dissimulationis. dissimulans iniquitatem. et simulans equitatem. similis sepulcro de albato. De huiusmodi legitur. Simulatores et callidi: prouocant iram dei. Et beatus augustinus. Simulata autem equitas non est equitas sed duplex iniquitas. quia et peccatum est et simulatio. Hii ergo sanctitatis imaginem in manifesto pretulerunt. et in occulto eternis suppliciis res dignas gesserunt. De his dicit propheta. Ve his qui profundi sunt corde ut a domino abscondant consilium .i. abscondere uoluerunt. quorum sunt in tenebris opera. et dicunt quis uidet nos. Denique ut ad cumulum malorum perueniant deposito simulationis pallio ad manifestam inuerecundiam et insanam gradationem prorumpunt. de uia peccatorum .i. simulate iustitie transeuntes ad cathedram pestilentie: ut qui prius faciebant in occulto: reiecta omni uerecundia plures corrumpant prauitatis exemplo. Pestilentia est morbus late peruagatus omnes aut pene omnes inuoluens. Isti ergo sedent in cathedra pestilentie. qui quantum in illis est omnes inficiunt. et corrumpunt exemplo et magisterio sue

nequicie. Hii sunt qui feditates ig-
nominiosas 7 abhominabiles abiec-
to pudore publicant. 7 unde confundi et
erubescere debuerant gloriantur. Adversus
huiusmodi clamat dominus per prophetam. Quasi
sodoma peccatum suum predicaverunt nec
absconderunt. 7 ad animam ita impuden-
tem alibi dicit. frons mulieris meretricis
facta est tibi. noluisti erubescere. Hanc im-
pudentiam redarguit et poeta qui dicit.
Gratia peccati nulla petenda sui est. Hii sunt
.iiii. gradus aversionis per quos miseri ho-
mines a deo avolant 7 avertuntur. Hi sunt
.iiii. cornua iuxta zachariam que ven-
tilant iudam 7 israel 7 ierusalem in omnem
ventum. Judas confitens interpretatur. israel.
rectissimus. ierusalem. visio pacis. Per iudam
ergo 7 israel 7 ierusalem designantur tres ordines
electorum. penitentes. activi. contemplativi.
Per iudam penitentes qui suam iniusticiam 7
dei iusticiam confitentur. per israel activi qui recte
gradiuntur. per ierusalem speculativi. qui inter-
conversantes in celis. pacem superne ierusalem
cetus perspicaci contemplantur. Ut ergo qui
stat videat ne cadat. potest enim sic de bo-
no fieri malus. sicut de malo fieri potu-
it bonus. electos et .iiii. illa cornua ven-
tilant in omnem ventum. Ventus temptatio-
nem designat. Quatuor sunt principales
venti. unus ab oriente. secundus ab occiden-
te. tercius a meridie. quartus a septentrione.
Ab oriente qui in alto est. venit ventus
superbie. Ab occidente qui in imo est. ven-
tus avaricie. qui circa terrena 7 infima
occupatur. A meridie ubi calor. ven-
tus luxurie. A septentrione qui frigidus

est. ventus malicie. ut enim legitur. Sicut
cisterna frigidam facit aquam. ita mali-
cia animam. Sunt 7 alii venti his colla-
terales 7 consimiles. qui cum eis oriuntur.
Quatuor ergo illa cornua non solum malos
sed 7 iudam 7 israel 7 ierusalem. id est. bonos. in omnem
ventum. id est. in omnem temptationem ven-
tilant 7 dispergunt. quia non nullos insecutatis
constitutos proposito. dissipant 7 subvertunt.
Ceterum dominus qui convertit illos et qui sunt in pro-
fundo maris. 7 electos suos colligit a
.iiii. ventis. ab his .iiii. cornibus ventila-
tos eruit. Ipse enim iuxta eundem zachari-
am. .iiii. fabros opposuit. qui illos quos
illa .iiii. cornua dispersarant. revocant
7 reformant. Sicut ergo sunt .iiii. gradus
aversionis per quos miser homo pervertitur.
ita sunt .iiii. gradus conversionis per quos ad bo-
num revertitur. Primus reversionis gradus con-
fusio. secundus confessio. tercius cordis 7 carnis
afflictio. quartus sanctificatio. A confusione ergo
conversio incipit. ut impleatur propheticum
capitulum. Dixit dominus ex basan convertam. id est. ex
confusione convertere incipiam. Primus namque
conversionis gradus est. ut qui usque ad malorum
cumulum progressus de peccato suo properans
gloriabatur. 7 verecundo supprimenda si-
lentio impudenter effundebat. reversus
ad cor. 7 a timore domini concipiens 7 pariens
spiritum. pravitate sua diligenter perspecta sa-
lubriter confundatur. 7 pre pudore conscientie sue
fetorem non sustinens. totus resolvatur in
lacrimas. 7 cum publicano evangelico
defixis in terram oculis. nec ausus illos
in celum tollere. tunc percutiat pectus suum.
7 clamet. domine propicius esto michi peccatori.

In hunc modum confusio ex basan .i. ex confusione sumens initium. generationem illam pessimam obtundit & evacuat. Illi prius ad visa & obiecta. Ut autem ille qui per gradus precipitationis letaliter descenderat: per scalam confusionis salubriter ascendat. consequitur ut simulationem excludat confessio. Ut cuius ossa inveteraverant .i. virtutes defecerant. quoniam tacuit dum clamaret. tacuit iniquitatem peccata per dissimulationem dum clamaret & iactaret merita per simulationem. simulationis reiecto tegmine veniat ad lucem & faciat veritatem ut arguantur opera eius quoniam mala sunt. & coram Christi vicario nude & manifeste iniquitates suas singulatim aperiat. ut misericordia & veritas obvient sibi. veritas scilicet hominis confitentis & bonitas dei miserentis & ignoscentis. Et quia non sufficit confundi & confiteri nisi penitentie sequantur fructus iuxta illud precursoris domini. Agite ergo fructus dignos penitentie. qui prius letabatur & delectabatur quia mala commiserat: tantum quod commisit persequatur & puniat. & qui recesserat a deo per voluptatum delectationes & dulcedinem: revertatur ad ipsum per penitentie labores & amaritudinem. iuxta illud beati iacobi. Emundate manus peccatores. & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete & plorate. Risus vester vertatur in luctum & gaudium in merorem. Hii sunt penitentie fructus. miserie. luctus. & meror. vigilie ieiunia. & cetera exercicia sanctarum afflictionum. in quibus peccator confusus recogitat deo omnes annos suos in amaritudine anime sue. Ut autem quaternarius confusionis compleatur. qui confusionis obiectus quaternario illum penitus excludat & exterminet: satisfactionem debet sanctificatio subsequi. que perpetrationi peccatis opposita quaternarium salutiferum consummans: quaternarium letalem prius eliminet. Consistit autem sanctificatio in duobus. in continentia & iusticia. In continentia ut conversus a malis que commisit contineat. In iusticia ut qui mala perpetraverat. bona faciat. ut qui exhibuerat membra sua arma iniquitati ad iniquitatem: exhibeat ea arma iusticie in sanctificationem. & sit in eo religio munda & immaculata apud deum & patrem. ut visitet pupillos & viduas in tribulatione eorum. & cetera sanctificationis expleat exercicia que spectant ad iusticiam. & immaculatum se custodiat ab hoc seculo quod pertinet ad continentiam. Hii sunt ergo .iiii. vitales gradus per quos ad deum revertitur anima que se ab ipso per .iiii. letales gradus alienaverat.

Cap. In amoris cantico sponsus ad sponsam qualiter dicit. revertere revertere sunamitis. revertere revertere ut intueamur te. Sunamitis interpretatur aliena vel captiva vel dissona. & significat animam que se adeo alienans per pravam operationem in filio ipsorum abiit. & per delectationem noxiam & simulationem sub peccati iugo captiva: in via peccatorum stetit. & per insanam generationem a Christo qui mitis fuit & humilis



corde dissona in cathedra pestilentie sedit. Ideo dr̄ ei quater reuertere. Primo dr̄ reuertere de stulta et letifera gl'atione ne p salubrē ɔfusionē. scd̄o de iam simulatione p uerā ɔfessionē. tercio de mortali delectatione p uitalē afflictionē. q'rto de p̄uso ope p scificationē. Nos itaq; dilectissimi q' nob' n̄ sufficim' ut nos q'i ex nob' ɔutam'. s; sufficientia n̄ra ex deo ē. q' ɔutit ex basan illos et q' sūt in p fundo maris. ɔutam' ad dn̄m et ip̄m dep̄cem' ut ip̄e nos ita a malis auertat et ad bona ɔutat ut p grad' scificationis p uenire possim' ad brauiū sup̄ne uocationis. cui' nos participes faciat dux n̄r. mediator n̄r. aduocat' n̄r ih̄c xp̄s salutaris n̄r. q' cū deo patre et sp̄u sc̄o uiuit et regnat ds̄ p omnia sc̄lā sc̄loꝝ. Am̄.

In media quadragesima.

Letare ierl'm et ɔuentū facite oēs qui diligitis eam. gaudete cū leticia q' in tristicia fuistis ut exultetis. et satiemini ab uberib; ɔsolatiōis ei'. Quid ē dn̄i mei et f'res q'd dr̄ ierl'm ut letet'? Nondū transacta ē q'dragesima lacrimaꝝ temp' et meroris. temp' tribulationis et angustie. temp' afflictionis et penitentie. Tempore hoc cotidie dn̄s p p̄ph'am dic̄. Conuertimini ad me in toto corde u'ro. ī ieiunio. et fletu et planctu. Cotidie nos ipsi deo dicim'. Audi benigne conditor p̄ces n̄ras cū fletib;. Et de reuertentib; a captiuitate uicioꝝ ad uirtutū libtatē. a dn̄o p p̄ph'am dr̄. In fletib; uenient. in p̄cib; adducā eos. In fletu inq't n̄ in leticia. n̄ in risu. Quid g' ē q'd hinc suadet' ierl'm. ut fleat. inde ut letet'? Que societas gaudij ad fletū. exultationis ad lamentum? Musica in luctu: importuna narratio. Porro et si ita loquim'. dn̄i mei et f'res. n̄ ab re uidt' hec utraq; flet' et leticie facta suasio. Si rōnem utriq; attenti p scrutem'. Ierl'm interp'tat' uisio pacis. ierl'm aūt dr̄ tam celestis illa ciuitas q' sursū ē libā ī celis. q' eccl'ā pegrinans in t'ris. Et si enim p multas tribulationes in regnū celoꝝ illā intrare oporteat. recte tn̄ et ip̄sa ierl'm dr̄. Videt enī et ip̄a pacem eo m̄ uidendi q' abrahā uidit diē xp̄i et gauisus ē. Videt pacē in sp̄u. uidet ī fide. uidet desiderio. uidet spei c'titudine. Ierl'm inferiori in'e dr̄ ut letet'. Sup̄flua enī uideret' et eēt ista suasio si p uocaret' ad leticiā de q' legit'. q' leticia sempit'na sup caput ei'. Porro illa q' pegrinat' int' erumpnas et calamitates et multiformes fletuū causas ne nimia ab sorbeat' tristicia excitat' ad gaudiū. Licet enī temporaliter affligat' quociens tn̄ ad p̄missiones et'nas mentem erigit: h't unde sp̄alit' ɔsolet'. Dr̄ g' illi. Letare ierl'm id ē. int' adu'sa q' patit' n̄ desp̄et. n̄ murmuret. s; letet'. ut iuxta beati petri monitū n̄ patiat' quis q'i fur aut q'i homicida. Alacri' enī et leti' sustinere debet si q'd occurrit aduersi. Fili' tram situr' ad hereditatē. Alit' latro ducend' ad crucē. alit' discipline cautum

pati debet uult eleuandus in celum. aliter
impius detrudendus in infernum. Unde iuxta
quod beatus dicit iacobus gloriari debet frater hu-
milis in exaltatione sua. ut si humi-
liatur inter incomoda peregrinationis glorie-
tur et gaudeat in spe et memoria exalta-
tionis. Letetur ergo ierusalem id est in leticia et hy-
laritate deo seruiat. et precipue cum affli-
gitur et ieiunat. Eapropter in ieiunii capi-
te legitur euangelium in quo ieiunanti suade-
tur a domino ut caput suum ungat id est men-
tem suam hylaritatis et deuotionis inpin-
guet unguento. quia deo ieiunium non pla-
cet quod murmur aut rancor offuscat.
Iubetur et faciem lauare ne simulatio
sordida opera ieiunantis uel intentionem
contaminet. Recte sequitur. et conuentum fa-
cite omnes qui diligitis eam. Deuotionem
enim ieiunantis comitari debet tranquil-
litas pacis. Conuentus siquidem concordiam
signat. Ieiunium enim quod dissensiones et
contemptiones obnubilant deus non accep-
tat. Inde est quod per ysaiam dicit. Ad lites et conten-
tiones ieiunatis et percutitis pugno im-
pie. Non tale ieiunium elegi dicit dominus.
Hinc et per prophetam alium dicitur. Sanctificate ie-
iunium. uocate cetum. Hee enim due uir-
tutes castitatis scimonia et que in cetu
signatur pax et concordia debent esse comites
ieiunii. collaterales et indiuidue. Absen-
te quippe altera istarum quicquid boni feceris
deus gratum non habet. Nam sicut a non seruante
castitatem. ita a non habente caritatem
deus placari non potest. Hinc per psalmistam dicitur.
Laudate dominum in tympano et choro.
Prius posuit tympanum mortifica-
tionis quod ad ieiunium spectat et sanctifi-
cationem. et statim subdidit chorum consen-
sionis quod ad pacem pertinet et dilectionem.
Pacem autem hanc seruare debet homo
non tantum ad alios homines sed et in se ipso
inter suas cogitationes. ut sicut carnem
a fetore luxurie seruat incorruptam
mortificationis tympano. ita mentem
illesam custodiat chorus quidam et conuen-
tus et consensio cogitationum. quod fit cum
ad illam unam querendam quam propheta querit
a domino concordi conuenientia cogitatio-
nes hominis diriguntur. De hac cogi-
tationum concordia per psalmistam dicitur. Bea-
tus populus qui scit iubilationem. uel uocife-
rationem sicut habet alia editio. Uocife-
ratio est communis clamor populi sese in-
uicem exhortantis ad pugnam. Beatus
ergo cogitationum populus qui unanimi consen-
su ad resistendum uiciis. et ad trium-
phum pro quo uenitur ad palmam affectus
suos cogit et cohortatur. Innitte siquidem
in qua est hec concordie uociferatio. est et iu-
bilatio id est gaudium ineffabile quod uerbis
exprimi non potest. Illa enim sola mens in
qua uociferatio percipitur concordie et consen-
sionis. gaudium meretur consolationis.
Unde recte cum dictum fuisset conuentum
facite. subditur gaudete cum leticia ut
exultetis et satiemini ab uberibus con-
solationis uestre. Ille enim solum mentes
ut dixi gaudent et reficiuntur a conso-
lationis dulcedine. que conuentum seruant
concordie. Potest et aliter et aliquanto subtilius
et forte congruentius exponi. quod dicitur le-
tare ierusalem. Tres ebdomade qua-

dragesime posuerunt diem hanc in qua
cantatur hoc officium letare ierusalem. Tres
prime ebdomade tres promotiones
significant. que fiunt in tribus ordinibus
saluandorum. In ordine penitentium.
actiuorum. contemplatiuorum. Ebdomada
siquidem prima penitentibus congruit. Ibi
est quod cum gemitu cantatur. penitentes in
prima sabbati illius. eundem in melius
q. ig. fe. n. s. p. di. m. q. spa. p. 7. i. n.
possimus et item. Tribularer si nescirem
mi. r. d. 7 c. Secunda ebdomada secundo conso-
nat gradui. Ibi est quod in hac ebdomada
illud responsorium cantatur. in quo spiritualis
iacob supplantator uiciorum qui in exer-
citio uirtutum luctatur. et fert fructum
bonorum operum. odori comparatur agri ple-
ni. fecundi. scilicet et fructiferi quem bene-
dixit dominus. In cuius est figura ordo predica-
torum duos edos gentilem scilicet et iudaicum
populum utrumque pectore coquit. id est aptos
et idoneos reddit epulis ueri ysaac. id est
christi qui risus noster est. ut illos comedat
id est eorum operibus delectetur. Ad hoc autem agen-
dum subintroducitur est hortante matre
rebecca. id est gratia dum senior filius antiquus
scilicet populus qui iussus est tollere pharetram
et arcum. id est arma predicationis spiritualia
sumere et afferre patri de uenatione
sua. id est fructum de predicatione sua innec-
tit. et uenire detrectat. Tercia ebdo-
mada contemplatiuis conuenit. In hac ebdo-
mada spiritualis pater contemplatiuis precipit su-
mere de optimis terre fructibus et ferre
uiro. uidelicet ioseph. id est christo munera.
qui uere uir. de quo ieremias. Nouum inquit

faciet dominus super terram. femina circumdabit
uirum. et alius propheta. Ecce uir oriens nomen
eius. qui merito ioseph dicitur. quod augmentum
sonat. de quo filius accrescens ioseph. filius
accrescens et decorus aspectu. Et precursor
iohannes de christo. Illum autem oportet crescere. me
autem minui. qui licet in se crescere non possit.
in membris tamen suis cotidianum suscipit augmen-
tum. Huic uero ioseph ferre debent contempla-
tiui munera de optimis terre fructibus.
Sunt enim boni fructus. sunt meliores. sunt
optimi. Boni sunt fructus penitentium.
meliores actiuorum. optimi contemplatiuorum.
sic possunt esse fructus optimi in hac terra
peregrinationis nostre. De primis fructibus
baptista iohannes ait. Genimina uiperarum
quis uos docuit fugere a uentura ira?
Facite ergo dignos fructus penitentie. De
fructibus actiuorum legitur. Omnis arbor que
non facit fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur. et predicatoribus que ad actiuam pertinet
dicit dominus. Non uos me elegistis sed ego
elegi uos ut eatis et fructum afferatis
et fructus uester maneat. De fructibus contem-
platiuorum dicit beatus paulus. Fructus autem
spiritus est caritas. gaudium. pax. pacientia.
longanimitas. bonitas. benignitas. man-
suetudo. fides. modestia. continentia. ca-
stitas. De his fructibus domini mei et fratres.
uobis enim id spiritualiter dicitur qui contemplatiuam
professi estis. ferre debetis uero ioseph
munera. que non mutua. scriptura
non tacet. Modicum inquit resine. et mellis.
et turacis. et terebinti. et stacten. et amig-
dalarum. Resina ut dicit ysidorus est omnis
distillatio ex aromaticarum arborum sudo-

rib; exalata. Spualr̃ arbores aromatice sunt spualiu͂ mentes odorifere. Quicquid de illis manat resina ẽ. Quare u͂ hic sine additamento resina ponit᷑. p resinã intelligunt᷑ lacrime compunctionis. nec mirandu͂ si lacrimas compunctionis que ꝑpe uident᷑ penitentiu͂ habent contemplantes. Nemo eni͂ adeo bon⁹. adeo religiosus. adeo scs. adeo pfect᷑ qui quinq; n̄ peccet. Quis eni͂ gl̃abit᷑ se castu͂ habe cor? Ipe iohes uirgo qui tã subtilitate itelligentie qm̄ uerbu͂ uidit inprincipio. q̄ mundicia ⁊ serenitate uite contemplatiuos exprimit. Si dixerim⁹ ait qr peccm̄ n̄ habem⁹. nos ipos seducim⁹. ⁊ ueritas i nob n̄ ẽ. Lacrimas g̃ compunctionis contemplatiui xp̄o offerũt quotiens peccant. Addidit ⁊ mellis. ⁊ bene resine mel addit᷑. qr lacrimas compunctionis. sequit᷑ dulcedo consolationis. iuxta illud. Antequam comedã suspiro. Sequit᷑ ⁊ storacis. Storax teste ysidoro arbor ẽ aromatica. decui⁹ urgulis lacrimaꝝ gutte manãt. vnde ⁊ nom̄ accepit. storin enim grece gutta latine. Quedam aũ guttaꝝ manantiu͂ adherent ramusculis. quedã cadunt interram. que interram cadunt. inmunde sunt. ⁊ significãt lacrimas ypocritaꝝ. q̄ terrene laudis ul' emolumenti causa fundunt᷑. Ideoq; in conspectu dm̄i sordide sunt. Gutte ille que adherẽt ramusculis munde sunt ⁊ subalbide. ⁊ significant illoꝝ lacrimas quoꝝ itentio ⁊ deuotio sursum ẽ. Phas g̃ guttas.

moyses velamen positum est super
corda eorum. cum autem accesserit ad
xpm tolletur velamen. Ubi enim spiritus
domini ibi libertas. Nos autem revelata
facie gloriam domini speculantes in ean-
dem imaginem transformamur a cla-
ritate in claritatem tamquam a domini
spiritu. Nos inquit revelata facie ex-
pedita ratione gloriam domini speculantes.
gloriosum dominum quasi in speculo contemplan-
tes. in speculo enim rerum videntur
imagines et non ipse res. Sic et nos

dum peregrinamur ambulantes per fi-
dem et non per speciem in speculo et in e-
nigmate dominum videmus nondum cognos-
centes sicut cogniti sumus. Sic gloriam eius
speculantes transformamur in eandem
imaginem scilicet creatricem tamquam
ducti a domini spiritu. transformamur
de vili forma in speciosam. de defor-
mi in formosam mutamur a clarita-
te in claritatem. a claritate cogni-
tionis in claritatem operationis. a cla-
ritate fidei in claritatem speciei. et
a claritate intelligentie in clari-
tatem iusticie. et hec forma erit per-
fecta quando videbimus dominum sicuti est
quando similes ei erimus. Interim
transitur de libertate intelligen-
tie in libertatem iusticie. Est autem li-
bertas iusticie quando quis liberatus
a peccato concupiscentiis servire ac
militare non cogitur. sed in omni libertate
in iusticiarum ac virtutum exercitiis
delectatur. quod utique fit quando in homine
non dominatur cupiditas. sed cupiditatem
calcat ac premit regnum sibi vindi-
cans caritas de libertate quam dicit apostolus.
Lex enim spiritus vite in xpo ihu libera-
vit me a lege peccati et mortis.
Lex siquidem spiritualis. lex vitalis.
caritas est que diffunditur in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui per fidem et
gratiam xpi ihu data est nobis. et hec
caritas facit ut a lege peccati
et mortis a lege scilicet preceptorum
ut a lege membrorum liberati le-
ge iussionis. et lege delectationis

calcata manentes in lege dilectio
nis agam libere que dei sunt. Sunt
enim qui longa consuetudine peccandi
pressi et uiolenta dominatione uitiorum
captiui peccato a quo deuicti sunt
serui addicti sunt uitiorum serui. et
si forte sint hominum domini. De hac
seruitute dicit apostolus. a quo quis
deuictus est huic et seruus addictus est.
et phylosophus. seruitutem nobis in
dixere delicie. et quod diu noluimus
posse desiuimus. Ab hac autem seruitu
te liberi sunt quibus adminiculo
gratie et beneficio consuetudinis uir
tutes quasi in naturam uerse
sunt. qui a terrenis desideriis con
templatione et amore gaudiorum
celestium abducti fractis temptatio
num et impedimentorum repagulis. in
uirtutum et operum spiritalium exer
citiis multa cum libertate conuersantur.
Est autem tertia libertas glorie de qua dicit
apostolus. omnis creatura ingemiscit
et parturit usque adhuc. liberabitur
autem a seruitute corruptionis in
libertatem glorie filiorum dei. Illa enim
uere perfecta et consummata libertas
erit libertas glorie que et libertatem in
telligentie. et libertatem iustitie per
ficiet et consummabit. Tunc enim perfec
ta erit libertas intelligentie quando
erunt omnes docibiles dei. quando cog
noscemus sicut et cogniti sumus.
Tunc est consummata erit libertas iu
stitie cum uoluntati rationis ac spiritus
nullo penitus impedimento obsta
te consensu perambulo sensualitas
occurret. cum et caro nostra et cor pa
riter exultabunt in deum uiuum. Erit
et libertas glorie consummans et consummata cum
utrumque hominem stola iocunditatis et
inmortalitatis induet. totum homi
nem gloria et honore coronans. et hec omnia
operatur spiritus sanctus qui postulat pro sanctis
gemitibus inenarrabilibus; qui ad liber
tatem intelligentie reparandam illu
minat intellectum. et ad libertatem ius
titie confortandam purgat et accendit
affectum. qui et in libertate glorie filiorum
omnem excludet defectum. et totum
hominem reducet ad perfectum. Cuius
libertatis glorie ipse spiritus sanctus nos parti
cipes faciat. qui cum patre et filio u
nus est deus per omnia secula seculorum. Amen.

Item in pentecosten.

Misit de summo et accepit me.
et assumpsit me de aquis
multis. Verba que protuli
ubi scripta sunt. cuius sunt.
de quo sunt: nouerunt qui eruditio
res sunt inter uos domini mei et fratres. In
psalmo. xvii. scripta sunt. de filio dei
sunt. ecclesie sancte uerba sunt. que beneficia
a beato dei filio sibi collata in gratiarum
recolit actione. Psalmus enim in quo
uerba proposita continentur toti attribu
itur christo. id est capiti et corpori. spon
so et sponse. christo et ecclesie. quod eiusdem
psalmi titulus indicat qui talis est.
In finem puero domini dauid. uerba can
tici huius que cantauit domino in die
qua eripuit eum de manu inimicorum

suorum 7 de manu saul. Legitur in regum
uolumine quod saul persequebatur uirum
sanctum dauid. quo mortuo liberatus est dauid
ac regnauit. Per hac liberatione posset
intelligi dauid cantasse hunc psal
mum. nisi nos remouerent ab histo
ria uerba quedam que in titulo posita sunt.
in finem scilicet 7 uerba cantici. Finis autem
christus est. canticum autem exultatio est de eter
nis. Melius ergo attribuitur psalmus iste toti
christo. quem eripuit dominus in die resurrec
tionis christi. de manu inimicorum suorum 7 de
manu saul. 7 est sensus tituli. Verba canti
ci huius. cantici dico tendentis in finem .i.
christum. attribuitur toti christo. que uerba cantauit
domino in die .i. per diem resurrectionis christi.
qua eripuit eum totum caput in re. membra
in spe. de manu inimicorum suorum. caput
de manu .i. de potestate iudeorum 7 demo
num. membra de manu demonum 7 dema
nu saul .i. mortis. Per saul enim qui inter
pretatur petitio: mors designatur. quia sicut
dominus non elegit saul ad permanendum in reg
no. sed hebrei extorserunt illum sibi regem
a domino: ita deus mortem non fecit. nec letatur
in perditione uiuorum. sed homines manibus
ac pedibus accersierunt eam. Per hac ergo di
e resurrectionis christi. qua eripuit do
minus totum christum. caput in re. membra in
spe de potestate demonum 7 mortis. a
git gratias domino totus christus. 7 quia unum corpus
sunt caput 7 membra. christus 7 ecclesia. una quasi
persona loquitur. in hoc 7 in aliis quibusdam
psalmis. licet uerba uideantur ad diuersos
referri. 7 hec quedam dicantur que soli
capiti. quedam que solis membris conueniant.

Verba itaque pretaxata sunt ecclesie beneficia
filii dei erga se exhibita recensentis.
Misit inquit de summo 7 accepit me.
Paulo altius posset ordiri ut diceret.
Venit de summo 7 accepit me. deinde.
misit de summo 7 accepit me. deinde sub
deret. ueniet de summo 7 accipiet me.
Venit de summo 7 ac. me. 7 as. me. de.
a. in. Preterea quod me in apostatica ra
dice. in honore 7 sublimitate 7 excel
lentia magna condidit. quod arbitrii li
bertate. quod intelligentia 7 memoria
7 tam ceteris nature datis quam et gratie
donis ubertim ditauit. quod in paradisi
deliciis collocauit. quod inobedientem 7
rebellem 7 contumacem non penitus dereli
quit. nec continuit intra sua misericordi
as suas. Immo per suos seruos prophetas et
alios nuntios suos ut ad eum reu
teretur multipharie multisque modis
loquens admonuit. Ad illud beneficii
non super excellens. ad illam caritatem
super eminentem scientie uenio. quod
ipse inclinans celos 7 descendens ue
nit de summo 7 accepit me. Venit de
summo quia equalis est patri. Non est pater
sed equalis patri. Sabellius dicit. deus
quando uult est pater. quando uult est filius. quando
uult est spiritus sanctus. Filius autem. dicit arrius
creatura est minor patre. 7 utroque
minor spiritus sanctus. Vtraque pestis perni
osa est. utraque letifera. Nec diuidere
debemus substantiam cum arrio. nec
confundere personas cum sabellio. Sed
credere quia filius equalis est patri 7 con
substantialis. 7 utrique spiritus sanctus. Dicat

itaq; eccl'a uenit desum̄o 7 accepit me. Stupenda dignatio. mirãnda miseratio. uehemens 7 intensa dilectio. qđ xp̄c salutem hominis ad suscipiendam nr̄e humanitatis humilitatē inclinata ē tanta maiestas. Accepit me. accepit naturā meā. iuxta illud osee. Venite 7 reuertam̄ ad dn̄m q̄ ipse cepit 7 saluabit nos. Cepit nos ut saluaret nos. cepit naturā nr̄am ut nos saluaret. Non enī ut dicit ap̄ls angl'os apprehendit s; semen abrahe apprehendit. Accepit totū me ut saluaret totū me. Non enī ut delirauit appollinaris. accepit carnē solam quā loco anime ūbum agitauerit. s; accepit animā 7 carnē. mediante anima ut simpla morte sua .i. morte carnis. destrueret duplam mortē nr̄am .i. mortē corporis 7 aīe. Accepit me. accepit naturā meam. factus ē particeps nr̄e humanitatis ut nos consortes faceret sue diuinitatis. Accepit infirmitatē ut conferret sanitatē. Accepit ignominiā. ut nos exaltaret ad gl'am. 7 assūpsit me de aquis multis. Assumpsit me illa assūptione qua leui dr̄ assūptus in partē scilicet dn̄i. 7 de qua legit̄ in p̄pha. Beat' quē elegisti 7 assūpsisti .i. ha. i. a. t. 7 de q̄ scriptū ē in cantico deutronomij. Sicut aquila puocans aduolandum pullos suos 7 sup eos uolitans expandit alas suas 7 assūpsit atq; portauit in humeris suis. q̄ndo langores nr̄os ipse tulit. 7 dolores nr̄os ipse portauit.

7 peccata nr̄a sustulit in corpe suo sup lignū. Mortuus ē xp̄c pp̄ peccā nr̄a. resurrexit xp̄c pp̄ iustificationē nr̄am. 7 ut om̄ia incarnationis misťia consumaret. ascendit 7 sedet a dextris dei. Xp̄s enī qui descendit ipse 7 ascendit ut adimpleret om̄ia. Recessit pastor bon' a discipl'is. s; post ei' abcessū q̄ntus pietatis dolor corda discipl'oꝝ occupauit. Quā molesta 7 q̄m grauis facta ē illis ei' absentia. cui' fuerat iocunda 7 dulcis p̄sentia. Non possūt dicit ipse filij lugere. q̄m diu cū illis ē sponsus. Erit q̄n auferet̄ ab eis sponsus 7 tūc lugebūt. In dolore g̃ 7 mesticia constituti. pij consolatoris egerrime ferebant abscessū. Vna illoꝝ spes erat 7 fiducia qđ eis aliū p̄miserat consolatorem. Juxta g̃ quod p̄miserat aliū paclitū se daturum. misit desum̄o sp̄m. in igneis ling̃s. qui discipl'oꝝ corda 7 inflām̄auit ad amorē. 7 roborauit ad tolerantiam. Misit pat̄ sp̄m. misit filī' filij sp̄m. misit ipse sp̄c se sp̄m. q' indiuisibilia sūt opa trinitatis. 7 sp̄c sc̄i missio nichil aliud ē q̄m ei' datio. S; eū sp̄alit̄ dr̄ misisse filī'. q' ut mitteret̄ optimuit apud patrē. Sūt aūt due missiones sp̄c sc̄i. temporales uisibilis 7 inuisibilis. visibilis. sicut illa missio qua in columbe sp̄c sup dn̄m apparuit. 7 hodierna die in igne sup ap̄l'os. Missus ē filī'. missus ē sp̄c sc̄s. Apparuit xp̄c in homine. apparuit sp̄c sc̄s in columba 7 igne. S; longe alia atq; alia apparitio. Apparuit enī ita xp̄c

in homine quod factus est homo qui ho-
minem assumpsit in unitatem persone
ut ex duabus naturis una eademque persona
subsisteret. Sed spiritus sanctus non ita apparuit
in columba uel igne: quod factus sit uel co-
lumba uel ignis. Illa enim uisibilis cre-
atura uel columbe uel ignis non erat spiritus
sanctus. sed tantum signabat inuisibilem presentiam
spiritus sancti in illis esse super quos illa creatura
uisibilis apparebat. Visibiliter ergo et inui-
sibiliter hodie missus est spiritus sanctus in apostolos.
Visibiliter quantum ad exterius signum. In-
uisibiliter quantum ad intrinsecus gratie donum.
Datus est autem hodierna die spiritus sanctus apostolis.
non quod eum prius non habuerunt sed ut habun-
dantius et plenius et diffusius haberent. Iam
enim insufflauerat dominus ihesus in eos spiritum
sanctum dicens. Accipite spiritum sanctum quorum
dimiseritis peccata dimissa sunt. et quorum
retinueritis retenta sunt. Et certe si
spiritum sanctum non haberent christum in ueritate
sequi uel diligere uel illi adherere
non ualerent. Acceperunt ergo hodie spiritum
sanctum non ut infunderet eis primam gra-
tiam. sed ut conferret consolationis in-
telligentie et dilectionis ampliorem
copiam. Missus est ergo hodie et uisibi-
liter ut dictum est et inuisibiliter. Mit-
titur et cotidie in sanctos inuisibiliter
iuxta illud. Spiritus ubi uult spirat. et
uocem eius audis et nescis unde ueni-
at aut quo uadat. Dicat ergo ecclesia:
misit de summo et accepit me. De sum-
mo missus est spiritus. qui equalis erat
patri et filio sicut et patri filius mi-
sit et accepit me. ipse spiritus uel filius

per spiritum. Accepit id est acceptam et gratam
fecit. Sine gratia enim spiritus sancti. nec accipi
nec sanctificari nec acceptabilis deo pos-
set esse. Ipse enim spiritus sanctus oleum sancte unc-
tionis est quo tabernaculum ungitur cum
omni suppellectili sua. quia sine eius
gratia. nichil omnino in ecclesia sanctifica-
ri potest. Dicat ergo misit de summo filius
spiritum sanctum. et accepit me. id est acceptam
et gratam fecit me. uel certe accepit
id est rapuit. ut totam accenderet. totam
in amore suum inflammaret. Rapuit
illo modo rapiendi quo in quadam perfe-
ctione peccatum. Ut qui uisibiliter deum
cognoscimus per hunc inuisibilium a-
more rapiamur. Accepit ergo me id est ra-
puit. Accipe enim pro rape positum in-
uenimus. sicut est illud beati pauli ad
corintios. Sustinetis enim si quis accipit.
si quis deuorat. si quis extollitur. si quis
in faciem uos cedit. Si quis accipit inquit
id est si quis uestra tollit et rapit. Inde est quod
auis quedam rapax accipiter dicitur. ab acci-
piendo id est rapiendo. Accepit me id est
rapuit me spiritus sanctus. Ipse enim est qui
et a malo eripit et ad bonum rapit. Ut
autem eripiat hominem a malo: tria
operatur in homine spiritus sanctus. penitentiam.
fiduciam. ueniam. Penitentiam operatur
spiritus sanctus. Ipse enim est oleum unctionis
sancte quo sanctificabatur labrum eneum
ubi manus suas lauabant sacerdotes
sanctuarium ingressuri. quod labrum fac-
tum erat de speculis mulierum que ex-
cubabant ad hostium tabernaculi. La-
brum hoc penitentiam signat. ad quam

sacerdotes sanctuarium ingressuri prius
debent accedere. et se lacrimarum et fle-
tuum aquis cum diligentia lauare.
quod labrum recte factum dicitur de speculis
mulierum que excubabant ad ostium
tabernaculi. Mulieres que excuba
bant ad ostium tabernaculi sunt anime
sancte uirtutibus fecunde. que regni
celestis ingressum uigilanter expec
tant. Harum mulierum specula
sunt precepta diuina in quibus conuersati
onis sue pulcritudinem siue deformi
tatem incessanter considerant. Sic et egregius
doctor augustinus libellum quendam
quem de preceptorum moralium tam ue-
teris quam noui testamenti flosculis
texuit: speculum appellat ea ratione
quod in illo libro ipse et alii conspicere pos
sent utrum sancte religionis rectum te-
nerent tramitem. an ab illo deuiarent.
Recte ergo labrum eneum fieri iubetur
de speculis mulierum. quia preceptorum
diuinorum diligens consideratio peniten
tiam operatur. Sed labrum unctionis sancto
oleo ungitur. quia penitentia per spiritum sanctum
gratiam initiatur et sanctificatur. Ipse enim spiritus
sanctus initiat et sanctificat penitentiam.
quia ipse est qui arguit mundum de pec
cato et de iusticia et de iudicio. de pec
cato: quod committit. de iusticia: quam
non facit. de iuditio: quod non metuit. De
peccato: quod incessanter perpetrat. de iu
sticia: per cuius uias non ambulat. de iu
dicio dei: in cuius manus horrendum est
incidere. quod peccatum committens. et
iusticiam deserens non formidat. Cum

ergo ad cor tuum accedit spiritus sanctus. spiritum tuum
de suis excessibus arguens: scire potes
quia spiritus ueritatis est qui arguit te de pec
cato tuo ut ad penitentiam te adducat.
iuxta illud beati apostoli. An ignoras quia
benignitas dei ad penitentiam te addu
cit? Sunt autem tria que penitentiam
complectuntur. Cordis contritio. oris con
fessio. iniuncte satisfactionis execu
tio. Non enim sufficit confiteri peccatum:
nisi doleas. nisi fleas. nisi conteraris. Ridicu
lum est sic dicere peccaui quasi diceres man
ducaui uel bibi. Necesse est confiteri in con
tritione et gemitu. ex intimis uisce
ribus prorumpente. Nec sufficit conteri.
nisi et ore confitearis peccatum tuum. Leprosos
in euangelio sanatos mittit saluator
ad sacerdotes. lazarum euocatum a
monumento iubet discipulis ut soluant.
sicut de confessione fidei. ita et de confes
sione peccatorum. ueraciter dici potest. Cor
de creditur ad iusticiam. ore autem confessio
fit ad salutem. Nec satis est conteri et
confiteri: nisi et iniunctam penitentiam
exequaris. ut facias fructus dignos
penitentie. et sacrifices sacrificium
iusticie. ut quantam habuisti delecta
tionem in peccati perpetratione: tan
tam uel maiorem amaritudinem sus
tineas in satisfactione. Prestat ergo
fiduciam spiritus sanctus. Hanc enim adeo operatur
quod nichil spiritui sancto magis contrarium
quam diffidentia. Vnde et diffidentia
dicitur a doctoribus blasphemia in spiritum sanctum.
Quid enim grauius quam de dei desperare
misericordia: de quo in bonitate sentire

debemus. Hac peste absortus est frici
da caim inquiens. Maior est iniquitas
mea quam ut ueniam merear. Fac itaque
benignus spiritus ut de misericordia domini speret
et confidat peccator. Sunt autem tria que
maxime fiduciam operantur. Peccati di
missio. peccati odium. et abhominatio.
diuine bonitatis pia consideratio. Pri
mum est ut peccatum tuum opere et uolunta
te deseras. ut de domini misericordia confidere
ualeas. Secundo. ut illud ex corde abho
mineris et abhorreas. Ubi hec duo con
uenerint. et e regione cum deuotione consi
deras. quia dominus multus sit ad ignoscen
dum. ex quo derelinquit impius uiam suam.
et uir iniquus cogitationes suas. et reuer
titur ad ipsum. sine dubio fiduciam accep
turus es o peccator. Operatur ueniam spiritus
sanctus. ipse est enim qui peccata dimittit.
Accipite ait saluator ad discipulos spiritum
sanctum. et statim intulit quorum remiseri
tis peccata remittentur eis. Sunt autem
tria per que maxime ueniam facit spiritus sanctus
impetrari. uera cordis humiliatio. com
missorum in se dimissio. zelus animarum.
Quod autem ad ueniam impetrandam uera cordis
humiliatio admodum ualeat. tam ueteris
quam noui testamenti series clamat. Cor
contritum et humiliatum ait propheta deus non
despiciet. Multa mala comminatus fue
rat dominus impiissimo regi achab. propter
scelera sua. Ceterum cum ille pessimus
in conspectu domini se humiliasset. e ue
stigio dominus ait ad prophetam. Nonne uidi
sti achab humiliatum coram me. Eu
angelicus quoque peccator qui non audens

oculos sursum tollere. sed tamen pectus
suum percutiebat dicens. domine propicius esto
mihi peccatori. a presumptore phariseo
qui non erat sicut ceteri hominum. qui ieiuna
bat bis in sabbato. et decimas dabat omni
um que possidebat. iustificatus abs
cessit. Grandis est ergo ad ueniam consequendam
accessus cum se deuotus peccator humiliat.
cum se et corde et sermone humiliter
accusat. humiliter ueniam postulat. Habet
et magnam uim ad ueniam obtinendam.
commissorum in se dimissio. attestante
ueritate que ait. Dimittite et dimit
temini. Sicut dimiserimus fratribus uestris
et pater uester dimittet uobis peccata uestra. Et
in oratione dominica oramus ad patrem.
Dimitte nobis debita nostra et cetera. Si enim
fratri in te peccanti ignoscis. et deus igno
scit quod commisisti. Deinde ad ueniam
impetrandam maxime prodest. zelus
animarum. Facile enim misericordiam in
uenis. si ab errore uie sue fratrem qui
in peccatis est reducere satagis. Si ze
lo accensus exemplo conuersationis et ad
hortationibus sanctis. et malos ab erra
tibus reuocas. et bonos ad meliora pro
uocas. Scire enim debet ait beatus ia
cobus quoniam qui conuerti fecerit peccatorem
ab errore uie sue. saluabit animam
eius a morte. et operit multitudinem
peccatorum. Non solum illi qui conuertitur.
sed et illi qui conuertit. Ubi ergo hec tria
concurrerint. uera cordis humiliatio.
commissorum in se dimissio. zelus ani
marum. ingentis efficacie sunt ad ue
niam nanciscendam. Sicut diximus

spc scs ut hominem a malo eripiat tria opat in homine. penitentiam. fiduciam. ueniam. Item ut hominem ad bonum rapiat tria eque opat in homine. claritatem. caritatem. facultatem. Claritatem intelligentie opat spc scs. ipse est enim qui docet omnem hominem scientiam. Ipse est spc ueritatis qui docet xpi discipulos omnem ueritatem. ipse est unctio que docet de omnibus. Sunt autem tria per que maxime claritas intelligentie confert. lectio. meditatio. inspiratio. Lectio est cum ab aliis discimus. uel in patrum scriptis. uel per nos ipsos studemus. Meditatio est in considerationem creaturarum. temporum. euentuum. et uiciorum. et uirtutum. Inspiratio est quando sine adminiculo lectionis uel meditationis intelligentiam inspirat occulta gratia spc sci. Sed licet inspiratio ex sola gratia proueniat. non tamen sine gratia uel lectio uel meditatio quicquam prodest. immo uel presunt. efficit spc qui opat omnia in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sci. Quod claritatem intelligentie conferat spc scs hodierna illius descensio super aplos manifestis declarat indiciis. Adueniens enim in eos iuxta promissum ueritatis omnem eos docuit ueritatem scripturarum infundens intelligentiam. legis figuras apiens. et omnia linguarum genera docens. Deinde caritatem confert spc scs. In tantum enim caritas ab ipso est quod ipse caritas dicitur et est. iuxta illud summi theologi. Ds caritas est. et quod nemo spm scm habere dicat nisi habeat caritatem. Si linguis hominum loquatur et angelorum. si nouerit omnia misteria. si omnem substantiam distribuat in usus pauperum. si tradat corpus suum ita ut ardeat. si habuerit omnem fidem ita ut montes transferat. caritatem autem non habeat. nec spm xpi habet nec est eius. Sola caritas est que discernit inter filios regni. et filios perditionis. inter sequaces xpi. et complices diaboli. Caritas autem trifariam spargitur. ut in multis sacre scripture locis docemur. Iuberis enim diligere te. diligere proximum. diligere dm. Juxta illud dni per micheam. Indicabo tibi o homo quid sit bonum. et quid ds tuus requirat a te. utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicite ambulare cum deo tuo. Primum est ut teipsum diligas. Qui enim seipsum non diligit uel proximum uel dm quomodo potest diligere. Ille autem se diligit qui sobrietatem diligit. qui continentiam diligit. Qui enim diligit iniquitatem odit animam suam. Primum est itaque ut iudicium facias. quia honor regis iudicium diligit. Judica itaque et discerne bonum a malo. uitia a uirtutibus a uiciis. ut quod fugiendum est caueas. et quod sequendum amplectaris et diligas. Si separaueris ait dns per ieremiam preciosum a uili. quasi os meum eris. Sunt autem qui male iudicant et diiudicant. Qui corpus suum diuino obsequio dedicat. ieiuniis. uigiliis. silentio. lectioni uacans. et anima eius in murmure. in peruerso proposito. et iniqua uoluntate uersatur. ille male iudicat et discernit.

corpus suum deo. animam diabolo consecrans.
cum enim dictum sit ad chaim. Nonne si rec
te offeras et recte non diuidas peccasti?
Item qui inuissim corpus suum uel animam
nunc operibus lucis. nunc operibus tenebrarum
exponit. ille male diuidit et iudicat.
non bene conueniunt nec in una sede mo
rantur deus et diabolus. Coangustatum
est stratum ita ut alter decidat. et pallium
breue utrumque operire non potest. et iuxta sa
lomonem clauus clauo expellitur. Aut
deo te seruire necesse est aut sathane.
utrique simul seruire non potes. Fac ergo
iudicium ut discretionem habens soli deo
totus seruias audiens illud uiri sapientis
consilium. Miserere anime tue placens
deo. Debes etiam diligere iusticiam contra
proximum ut ergo fratres tuos iuste diligens agere
nec illis deneges quod tibi uis fieri. nec
illis facias quod tibi non uis fieri. sollicite
iuxta beati pauli monitum seruare u
nitatem spiritus in uinculo pacis. debes et sol
licite ambulare cum deo tuo ut cum
magna sollicitudine inquiras que sit
uoluntas dei bona et beneplacens et perfec
ta. ut frequenter et deuote ad ecclesiam ue
nias. Obsequium eius non cum murmure
non tepide non negligenter sed ex corde et fer
uenter et hylariter compleas. quicquid ad eius
cultum spectat. [illegible] non transitorie non
remisse sed iugi[illegible]ter et instanter exe
quens. Hec trifida caritas diffunditur
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datur
nobis. Operatur et facultatem bene operandi
spiritus sanctus. Ipse enim est qui dat et uelle
et perficere pro bona uoluntate. Viam

mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti
cor meum dicit propheta. Cuius enim mentem
infusio spiritus sancti delectat ei prestat effica
ciam ut in omni facilitate et hylaritate
uias mandatorum domini licet duras et la
boriosas curratur. quia iuxta apostolum ubi
spiritus domini ibi libertas. Ibi libertas aduersario
resistendi. ibi libertas libere et hylariter
operandi. Sunt autem tria que ad hanc fa
cultatem consequendam maxime iuuant.
Propositi firmitas. interne dulcedinis
gustata suauitas. premii celestis conside
rata sublimitas. Primo occurrit pro
positi firmitas. Qui enim interne uagus
est et leuis inconstans in proposito suo re
missus est et dissolutus ad bene agen
dum. et ea que nichil aut parum dif
ficultatis habent qui huiusmodi est. diffi
cillima iudicat. Vult et non uult pi
ger. anima autem operantium impingabitur.
Qui uero firmus est in proposito suo firmiter
et immobiliter apud se statuens quod eum
a uia sanctitatis neque dura neque mollia
neque aduersa neque prospera poterunt a
mouere et in hoc perseuerat. nullum
qui huiusmodi est laborem recusat.
ad omne opus bonum promptus et hylaris
operatur feruens et indefessus. Confert
et interne dulcedinis gustata suauitas
bene operandi promptam et feruentem
instantiam. Cui enim confertur a spiritu sancto
gustare quam magna multitudo dul
cedinis domini quam abscondit timentibus
se. et internas percipere consolationes. tepo
rem abiciens et omnem torporem ex
cutiens in omni alacritate et instan

tia ad bona opa se adcingit. facie
da freqnter pocupat. 7 occupata
hilarit osumat. Difficilia 7 facilia
facit pmij celestis considerata sub
limitas. Qui enim futuri pmij mag
nitudine diligent osiderat oseqns
e ut int opandu laborem n sentiat
iuxta illud pphe. Qui aut sperant
in dno mutabut fortitudine. cur
rent 7 n laborabut. laborabut 7 n
deficient. Hui pmij dignitate atte
debat apls cum dicebat. Non sut co
digne passiones hui temporis ad fu
turam glam q reuelabit in nobis.
Tria g ut diximus opat in nob sps
scs ut nos eripiat a malo penite
tiam. fiducia. uenia. tria eque ut
rapiat ad bonu claritate. caritate.
facultate. Conuitimini g fres ad
spm scm 7 clamet singlis quisq;
ad eius implorandum auxiliu. qr
ope ipsius oms indigem. Si qs forte
latet int nos fetens 7 tacens in pec
cato mortali n desperet s; reuitatur
7 ouertat ad spm scm qr ipse e qui
opat penitentia. fiducia. ueniam.
7 postulat p nob gemitib; inen
narrabilib; .i. eos postulantes facit.
Si quis in scitate stetit ul post ca
sum fortior surrexit. emendatior
7 feruentior factus. nichilomin
clamet ad ipm. qr ipse e qui ofert
claritate. caritate. facultate. Co
uitimini itaq; ad ipm ut uobis co
ferat claritate. claritate foris. cla
ritate int. foris claritate lucide
ouersationis. intus claritatem intelli
gentie 7 illuminationis. foris clarita
tem fame. int claritate conscientie. ut
exteriori ouersationi interior intentio. 7
interiori intentioni exterior ouersatio res
pondeat. Conscientia bona debes habe
pp te. fama bona pp pximu. Cru
delis e qui otempnit fama sua. s; lon
ge crudelior qui otempnit oscientiam
sua. Contepnere fama sua stultor e.
qui otenti sut oscientia sua 7 dicunt.
n curo quid dicant de me homines. suf
ficit m oscientia mea. Contepnere o
scientia sua ypocritar e. qui malut
uideri qm ee sci. Isti simulatores 7 cal
lidi qui puocant ira dei. illi simplices
7 stulti qui nesciut quid faciat mali.
du otempnendo fama sua pximos oc
cidunt. Bona g claritas. melior caritas
optima cu caritate bene opandi facul
tas. Conuitimini ad spm scm fres 7
emulamini carismata meliora. qui
olim sup aplos 7 uisibilit 7 inuisibilit
descendit. qr uisibilis descensionis o
stensio n fuit nisi inuisibilis descen
sionis significatio. ipe hactenus in corda
scor inuisibilit descendit. Siquidem
ipe e unguentu qd n solu in barba aa
ron descendit. s; 7 in hora uestimenti ei.
Aaron mons fortitudinis futurorum
bonor pontifice xpm designat. q ue
mons dei. mons uber. mons in quo be
neplacitum e deo habitare in eo. 7 for
tis. immo ipa dei fortitudo. Hui aa
ron barba fuerut apli qui ori dei .i.
xpo familiari adheserut 7 pprius. ut

barba dicti sunt. quia ceteris fortiores. Barba enim fortitudinem et uirilitatem designat. et merito barba geminatur. ut barbe geminatio fortitudinis geminationem insinuet. Ab hoc aaron qui caput ecclesie est descendit unguentum. id est spiritus sancti gratia in barbam. id est in apostolos. qui de plenitudine eius acceperunt. et non solum in barbam aaron sed et in singulos quosque sanctorum usque in horam uestimenti eius in ultimos. scilicet sanctos qui erunt in fine qui hora uestimenti christi. id est ecclesie. Diuisis autem de causis diuersis uocabulis nuncupatur in figura spiritus sanctus. Dicitur unguentum. ros. pluuia. oleum. uinum. ignis. Vnguentum quia emollit. mitigat. et sanat. Dicitur ros quia sine strepitu allapsu placido se infundit et mentem fecundat. Ipse enim est ros hermon qui descendit in montem syon uidelicet ecclesiam. et recte dicitur esse hermon quod sonat anathema. quia animam cui se infundit a uiciis diuidit et secernit et separat. Pluuia dicitur quia a summo se infundens doctrinis rigat et germina uirtutum multiplicat. Hec est pluuia uoluntaria sola benigna dei uoluntate in sanctorum cordibus diffusa. quam separat deus hereditati sue. Dicitur oleum quia pascit et exhilarat. Dicitur quia uinum inebriat. Hoc est uinum iuxta prophetam germinans uirgines quia uirginitatem et munditiam in sanctorum mentibus germinare facit. Dicitur et ignis. quia uicia comburit. et mentes accendit et illuminat. Hic est ignis perpetuus qui semper ardere debet in altario cordis nostri. Semper hunc ignem fouere debemus strue lignorum composita. Strues lignorum sacrarum est meditationum congeries. Semper hunc ignem offerre debemus. Qui enim ignem alienum offert moritur. Legimus de nadab et abiu filiis aaron quod obtulerunt ignem alienum de quo non preceperat dominus. et egressus ignis a domino. id est uindicta deuorauit eos. et ait moyses ad aaron. Hoc est quod dixerat dominus. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi. Ignis alienus ardor iracundie. Ignis alienus estus auaricie. Ignis alienus liuor inuidie. Ignis alienus feruor luxurie. Qui huiusmodi ignem fouet et offert. id est opere uel consensu et uoluntate exhibet. ignis egressus a domino illum deuorat et consumit. et maxime qui ignem luxurie fouet ac nutrit. ille totus consumitur et absorbetur. quia sicut legitur iste est ignis usque ad perditionem deuorans et omnia germina eradicans. Hoc est inquit moyses quod dominus dixerat. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi. In his enim maxime qui domino appropinquant qui domino ministrant ipse dominus se sanctificat. id est ulciscendo in eos se sanctum exhibet et ostendit. se sanctitatem diligere declarat. se ignem iracundie. auaricie. inuidie. luxurie. abhominari demonstrat. Ignis igitur huiusmodi fouendus non est qui totum hominem absorbet et consumit. et per cuius oblationem ignis egressus a domino perdit offerentem ac deuorat. Sed illum ignem fouere debetis quem dominus ihesus misit in terram. et uoluit uehementer accendi. Sed ut reuertamur unde digressi sumus in gratiarum actione de filio dei dicit ecclesia. Misit de summo spiritum sanctum et accepit me. et assumpsit me de aquis multis ut dic-

tum ē. dicat denique: ueniet de summo et accipiet et assumet me. Ve ueniet cōpleto fine suorum, tum ho sic imparabolis dicitur eccla. Vir meus non est in domo. abiit uia longissima. sacculum pecunie secum tulit. in die plene lune reuersurus. Ve ueniet sicut ipse promisit discipulis. Iterum ueniam et accipiam uos ad me ipsum. et assumet ecclesiam de aquis multis. i. eripiet de tribulationibus multis. immo de tribulationibus uniuersis. Assumet ecclesiam illa assumptione de qua legitur. Duo in molendino unus assumetur et alter relinquetur. Duo in agro unus as. et al. re. Duo in lecto unus as. et al. r. In molendino sunt seculares qui in circuitu ambulant. qui in rota seculi sunt. qui cum mundo uoluente et uolubili uoluuntur. Sed quia non omnes qui in seculo sunt probi sunt quia sunt in eis qui non sperant in incerto diuitiarum. sed faciunt sibi amicos de iniquo mamona elemosinis et bonis operibus intendentes unus assu. sic et unus re. In agro sunt prelati et doctores qui corda subditorum uomere predicationis et doctrine scindunt et in eis spargunt semen uirtutum. Sed quia et in hoc gradu bonis mixti sunt mali unus assu. et unus re. In lectulo sunt claustrales qui quieti et otio. lectionibus et orationibus uacantes in eternorum contemplatione requiescunt. Sed dolendum est quod in his quoque inueniuntur qui relinquntur. At tamen quod sine dolore dicendum non est quosdam relinqui claustra licet uerum est quia et in eis et in pseudo uani de quo legitur. Viderunt hostes et deriserunt sabbata eius. et egregius doctor aug. ait. Sicut non inueni meliores quam qui in monasteriis profecerunt. ita non inueni deteriores quam qui in monasteriis defecerunt. Hee sunt sicut bone. bone ualde. sicut male. male ualde. Vnus inquit assumetur. alter relinquetur. Felix assumptio. infelix derelictio. Felix assumptio qua quis assumetur et ad eternam introducetur gloriam. Infelix derelictio qua quis relinquetur in eternam trudetur flammam. Conuertamini igitur omnes ad ipsum sanctum clamemus ad ipsum omnes et singuli flagitantes cum gemitibus et petentes ut ipse sic nos accipiat et assumat in presenti ad iustitiam. ut cum christus aduenerit ab ipso accipi et assumi mereamur ad gloriam. Qui cum patre et s. s. u. et r. p. o. s. s. Amen. In festo apostolorum petri et paulli.

Duo ubera tua sicut duo hinuli capree gemelli qui pascuntur in liliis donec aspiret dies et inclinentur umbre. Gloriosissimi principes terre et eminentissimi doctores ecclesie loquor petrum et paulum quorum hodie sollempnia celebramus. et ab eterno ad illuminandum orbem terrarum a deo electi sunt et preordinati et in multis sacre pagine locis signanter prefigurati sunt. Ab eterno electi sunt ad illuminationem gentium. unde et de eis dicit propheta loquens ad dominum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis. Apostoli montes dicti sunt propter eminentiam sanctitatis et meritorum et miraculorum. In his montibus posita sunt ecclesie fundamenta. sicut scriptum est fundamenta eius in montibus sanctis. Hii sunt montes qui susceperunt pacem nuntiandam populo. pacem s. regi illa

tionis ingre. Juxta illud. Suscipiant mon-
tes pacem populo. Ab his montibus illumina
uit dominus orbem terre. Ipsi enim susceperunt
primos radios fidei et illuminauerunt
ecclesiam. Ministri fuerunt luminis non
auctores. Unde et propheta conuersus ad dominum
signanter ait. Illuminans tu. Tu inquit
non montes. Ipsi enim et si illumina fuerint
lumen tamen non a bipsis sed a patre luminum
a quo omne datum optimum. Hii montes
eterni dicti sunt non solum quia uitam eternam nun-
tiauerunt et promiserunt. sed quia ad eam ab
eterno electi et preordinati sunt predicandam.
hii in multis sacre pagine locis sig-
nanter prefigurati sunt. Duo magna lumi-
naria que fecit deus in principio lumina-
re maius ut preesset diei. et luminare mi-
nus ut preesset nocti. illos presignauerunt.
Hii sunt due columpne in ingressu templi
quarum una erat a dextris et altera a sini-
stris. et uocabatur una iachim .i. firmi-
tas. et altera uocabatur booz .i. in robore.
Hii sunt duo ostiola que erant in ingressu
oraculi de lignis oliuarum. hii sunt in za-
charia due spice. duo rostra aurea.
duo filii olei qui assistunt dominatori uni-
uerse terre. Hii sunt in sapientie libro du-
o uiri misericordie. quorum iusticie obliui-
onem non acceperunt. Hii sunt in apocaly-
psi due oliue et duo candelabra .lu.
ante dominum. Hii sunt duo ubera sponse. de
quibus sponsus laudat et commendat eam
dicens. Duo ubera tua sicut duo hinnuli
capree gemelli. In uberibus tria notantur.
Teneritudo. candor. dulcedo. Nichil in
carne ubere tenerius. In lacte uero quod

exuberibus exprimitur candor est et dulcedo.
In teneritudine signatur tener affectus
dilectionis. in candore puritas inten-
tionis. in dulcedine benignitas predica-
tionis. Tales se debent exhibere prelati
subiectis. doctores discipulis. patres fi-
liis. ut tenere eos diligant. benigne mi-
nistrent. et hoc causa christi. ut in intentione
habeant puritatem. Vide in paulo teneri-
tudinem affectionis. filioli mei quos iterum
parturio donec formetur christus in uobis.
et alibi. libentissime impendam et super-
impendar pro animabus uestris. et si magis
diligens minus diligar a uobis. Vide can-
dorem innocentie. Gloria nostra hec est testimo-
nium conscientie nostre. Vide benignitatem
predicationis. Ad thessalonicenses sic scribit.
Vos enim testes estis et deus quam sancte et iuste
et sine querela uobis qui credidistis fuimus
sicut scitis unumquemque uestrum tamquam pater
filios suos deprecantes et consolantes. Beni-
uoli ergo et benigni erga discipulos docto-
res quantum in ipsis est debent esse. Alioquin
qui dixit consolamini pusillanimes.
Suscipite infirmos. imposuit corri-
pite inquietos. et samaritanus noster in uul-
nera semiuiui qui in latrones inciderat
infudit non solum oleum sed et uinum. Prelati
enim uulneribus subiecti non solum appone-
re debent oleum consolationis. sed et uinum .i. au-
steritatem increpationis et acredinem
correctionis. Videtis quam pulcre doc-
tores comparantur uberibus. Ubera enim
debent esse. et ubera debent habere. duo sunt
ubera doctoris. cognitio et religio. Ex
ubere cognitionis exprimitur lac ueritatis.

tis. Ex ubere religionis lac puritatis.
Ex ubere cognitionis exhibere debet fidi
ueritatem. Ex ubere religionis uite pu
ritatem. Ad doctrinam uel ad prelationem
nec accedere debet rudis et ineruditus
nec accedere debet irreligiosus. Ex u
bere cognitionis debet exhibere quod cre
dendum uel querendum. Ex ubere religio
nis quid agendum. Hec duo docuerunt nos
apostoli. credere et bene uiuere. Vel certe
duo sunt ubera. quia congaudere debent aliorum
profectibus. et condolere aliorum defectibus. con
gratulari debent aliorum prosperis. et compati
aduersis. In defectibus ipsis debent habere
patientiam. in expectatione delinquentium
misericordiam. in susceptione penitentium
habent longanimitatem. in sustinendo.
habent facilitatem in indulgendo. Vbera
ergo sunt prelati. et hec maxime fuerunt
necessaria in ecclesia primitiua quando in
cunabulis infantie sue adhuc nutri
ebatur ecclesia lacte doctrine. Ideo dicit
apostolus ad quosdam. lac potum dedi uobis
non escam. nondum enim poteratis sed nec ad
huc potestis. et facti estis quibus lacte
opus est non solido cibo. Vbera ergo doctores
et prelati et maxime apostoli. et inter apostolos
specialiter hii duo petrus et paulus. Ho
rum uterque unum circumcisionem lactauit.
alterum gentilitatem. Qui enim operatus est
petro in apostolatum circumcisionis. operatus est
et paulo inter gentes. et in actibus apostolorum
scriptum est. Segregate mihi barnabam et
saulum in opus ad quod assumpsi eos. id est ad
predicandum gentibus; et ananie dictum
est. Vas electionis mihi est iste ut por

tet nomen meum coram gentibus. Et quidem
petrus cornelio et multis gentilium uer
bum salutis euangelizauit. et paulus
multos ex iudeis conuertit. predicans per sy
nagogas et conuincens iudeos affirmans
quia hic est christus. Ceterum specialiter et petrus
circumcisioni destinatur est apostolus. et paulus
gentilitati. doctor gentium in fide et ue
ritate. Dicatur ergo sponsus ad sponsam.
duo ubera tua. sequitur. sicut duo hinnu
li capree gemelli. non dixit sicut due
capree uel duo cerui. sed duo hinnuli.
et hinnuli capree non ceruorum. Caprea
acutissime uidet. unde et grece dicitur
dorcas a uisu nomen trahens. Hinnuli
ergo capree .iiii. habent proprietates. Agiles
sunt. spinosa transiliunt. acutissime
conspiciunt. mundis cibis se reficiunt.
Ita et apostoli agiles fuerunt. prompti et ala
cres ad explendum officium predicationis.
spinosa transilierunt. sentes scilicet
et spinas uiciorum et preuaricationis. Acu
tissime uiderunt. spirituales habuerunt
oculos intelligentie et discretionis. mun
dis cibis se refecerunt. interna aman
tes delicias. et ad eterna aspirantes di
uicias. Calcatis et spretis rebus tempo
ralibus et contempto fastu mundane am
bitionis. Hec enim omnia reputarunt
ut stercora. ut christum lucrifaceret.
De his stercoribus dicit ieremias. Qui
nutriebantur in croceis amplexati
sunt stercora. Nutriuntur in croceis qui
in spiritualibus studiis uersantur que ad
amorem celestium gaudiorum accendunt.
Quibus spretis quandoque ad amplexan

da delectationum temporalium stercora se uertunt. 7 putrescunt. De his stercoribus lapidabitur piger. sicut dicit salomon. De stercoribus boum lapidabitur piger. Boues apostoli. 7 apostolici uiri. doctores sancti. qui uomere predicationis sciderunt corda terrena. stercora eorum ut diximus sunt terrene facultates. De his ergo stercoribus lapidabitur piger. quia amor quem habet piger qui propter frigus arare noluit erga terrena erit causa lapidationis. i. dampnationis eius. Agiles ergo fuerunt apostoli. Vide agilitatem pauli. a ierusalem usque in illiricum. 7 inde usque in hispanias totum repleuit euangelio christi. Spinosa transiluit carnis uicia supergressus. Acutissime uidit. Non enim inquit ignoramus astutias eius. s. diaboli. Mundis cibis se refecit qui retro oblitus in anteriora se extendens. Sequitur gemelli. Vere gemelli petrus 7 paulus. quia sibi inuicem similes. Similes in uoluntate. similes in opere. similes in predicatione similes quodammodo in prelatione. Vere gemelli. de quorum meritis atque uirtutibus que omnem loquendi superant facultatem. nichil diuersum. nichil sentire debemus discretum. quia illos electio pares. 7 labor similes. 7 finis fecit equales. Qui pascuntur in liliis. Lilia bonos designant discipulos christi. uirtutum proprietates lilii. Lilium enim candet. eminet. redolet. medicine ualet. Sic 7 boni discipuli candent per conuersationis innocentiam. eminent per operum magnificentiam. redolent per bone opinionis fragrantiam. medentur per exhortationes salutiferas. 7 predicationis gratiam. In talibus discipulis pascebantur. i. delectabantur apostoli. adhuc autem uiuunt in successoribus 7 uicariis suis. in bonis doctoribus 7 prelatis. pro patribus enim tuis nati sunt tibi filii dicit propheta. Hii filii sacri doctores 7 prelati pascuntur in liliis. i. delectantur discipulis bonis. non iocundantur in spinis ut urticis ut paliuris. non iocundantur in uiciosis. ut dolosis. ut seditiosis. Et notandum quod dicit pascuntur non potantur. In pastu facultas. in potu facilitas. pastus in uia. potus in patria. In uia enim sine difficultate. sine disciplina. sine afflictione ad lilii candorem non potest perueniri. Vnde 7 bysso comparatur ecclesia que de natiuo 7 uiridi colore ad candorem multa attritione 7 lauatione perducitur. In patria uero potus erit. quia sine aliqua difficultate erunt omnes docibiles dei. Vnde in canticis. Comedite amici. bibite 7 inebriamini karissimi. Comedite in uia. bibite 7 inebriamini in patria. Vt ergo pascantur hinuli in liliis. i. doctores delectentur bonis discipulis opus est doctrina. opus est disciplina. donec aspiret dies 7 inclinentur umbre. donec ueniat illa dies que melior est in atriis domini super milia. De qua die dicit beatus petrus cum de scriptura sacra loqueretur. 7 habetis inquit firmiorem sermonem propheticum cui benefacitis intendentes tamquam lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat 7 lucifer oriatur in cordibus uestris. Quasi diceret. modo necessaria est sacra scriptura. tunc non erit.

Tunc enim celum .i. sacra scriptura
qui liber plicabitur. que modo sicut pellis
extenditur. iuxta illud. Extendens celum
sicut pellem. Et notandum quod dicit aspi-
ret dies. Aspirare uehementiam deside-
rii declarat. Cum enim aliquis diuitias uel
honores uehementer desiderat ut aliquid
aliud solemus dicere. hic aspirat ad hoc
ut illud. Aspirare ergo dicitur dies propter ueh
ementiam amoris et desiderii que tunc
erit. Inter temporalia enim et eterna teste
augustino. hec distantia est. quod temporalia
magis desiderantur antequam habeantur.
habita uero minus amantur. Eterna uero minus
optantur antequam habeantur. habita uero
magis delectant et amantur. Hic est amo
ris scintilla. ibi plenitudo. Unde dicitur
dominus cuius ignis in syon. et caminus in ie
rusalem. Aliter exponere possumus aspiret
dies. Est dies spirans. est dies inspirans.
est dies conspirans. est dies expirans. est di
es respirans. est dies suspirans. est dies
aspirans. Est dies spirans in angelis sanctis
diuine uisionis et spiritualium gaudiorum
inconcussa continuatio. Est dies inspirans
in faciem hominis uite spiraculum in
fundens diuine benignitatis digna
tio. Est dies conspirans ex presumptione
diuinitatis serpentine suggestioni
primorum parentum accommodata consensio.
Est dies expirans ex merito paterne
preuaricationis per passibilitatem tendens
in mortem humane nature corruptio.
Est dies respirans uoluntati carnis
resistens et eam sibi subiciens menti
um spiritualium fortis ut mors dilectio.

Est dies suspirans ex peregrinationis consi
deratione et patrie dilatione. desideriis
et amore languens et in lacrimas se re
soluens contemplatiue mentis deuotio. Est
dies aspirans in uitam orientis eterne beati
tudinis felix adeptio. Dies ergo spirans
in angelis sanctis continua et inconcussa felicitas.
Ex quo enim cecidit lucifer. et complices eius.
confirmati sunt angeli sancti. et spirauit eis au
ra fauoris et protectionis diuine quia facta est
eis in umbraculum diei. et in protectionem et
in absconsionem a turbine et a pluuia.
ut nullus inquietudinis turbo. nulla
temptationis uel presumptionis procella a
caritate dei posset eos deinceps amouere.
Dies inspirans homini uitam infundens
diuina dignatio. Ex sola enim dignatione
et dilectione processit quod hominem condidit.
Iuxta illud. Quem non externe pepulerunt
fingere cause materie fluitantis opus.
uerum insita summi forma boni liuore ca
rens. Dies conspirans serpenti credens ade
et eue praua consensio. Sed falsa non uera fuit
illa dies presumptio. Sunt enim ueri dies.
et sunt simulati dies. fallax et falsa dies
ambitio. falsa dies superba presumptio. fal
sa dies carnalis uoluptas. falsa dies mun
di prosperitas. falsa dies diuinitatis presump
tio. ob cuius spem decepit primos parentes
diabolica suasio dicens eis quacumque die
comederitis de ligno scientie boni et ma
li eritis sicut dii. Hac promissione induc
ti et seducti consenserunt aduersus dominum et ad
uersus preceptum eius. Adhuc dies conspirans
est occasione uoluptatis uel alicuius terrene
delectationis. aduersus uoluntatem domini

facientes a deo et eue .i. carnis in qua consensio.
et ipsos. Dies expirans est humane nature de-
defectio cotidiana. De qua die magis ex-
perientia nos docet quam littera. Attamen de
huius diei breuitate scriptura sacra fre-
quenter loquitur. sicut est illud. Breues dies
hominis sunt. et dies eius sicut umbra preter-
eunt. et homo sicut fenum dies eius. tamquam
flos agri sic efflorebit. Dies respirans
est quando a uoluntate carnis dissentit
spiritus et eam sibi subicit preualente dilecti-
one que fortis est ut mors. quia sicut mors
animam separat a sensibus carnis. ita di-
lectio spiritum a uoluntate carnali. Dies
suspirans est pia deuotio que tota languet
et deficit et liquescit amore et desiderio op-
tans et frequentibus suspiriis expetens illam
unam quam propheta requirit a domino. Dies as-
pirans est eterne felicitatis adeptio. quando
spirabit usque ad nos angelorum felicitas.
et nos uehementi desiderio aspirantes
ad illorum societatem peruenientes et eorum glorie
consortes erimus. Tunc eo scilicet aspirante
die inclinabuntur umbre. Umbre sunt
angeli sathane qui de lucifero factus est
umbrifer et angeli eius. quorum potestas et
principatus tunc inclinabitur .i. humiliabitur.
Corruentes enim de celo retrusi sunt et reli-
gati quasi in carcere. in hoc aere caligino-
so. Sed die electorum aspirante in carcerem
inferiorem depellentur. et detrahetur usque ad
inferos eorum superbia. sicut de eorum principe
legitur. Inclinabit se et cadet cum dominatus
fuerit pauperum. Modo dominatur pauperum
non pauperum spiritu sed eorum qui sunt inopes
discretionis et uirtutis. De qua inopia
legitur. Propter inopiam deliquerunt mul-
ti. et alibi omnes dies pauperis mali. Talium
enim dominantur eos seducentes et sibi conformantes.
Umbre sunt et imitatores umbrarum .i. de-
monum. De huiusmodi umbris et tenebris
dicit apostolus. Eratis aliquando tenebre. nunc
autem lux in domino. et alibi. Non est uobis collu-
ctatio aduersus carnem et sanguinem. sed ad-
uersus principes et potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum.
contra spiritualia nequicie in celestibus. Mun-
dum hic appellat amatores mundi. quos
uocat tenebras. dicens rectores tene-
brarum harum. Quid enim uocet mundum
exponit cum subdit tenebrarum harum
.i. peccatorum hominum. qui in caligine peccatorum
obtenebrati sunt. Umbre ergo sunt non solum
demones sed et demonum imitatores. illi
qui fruuntur hoc mundo. quorum exul-
tatio tota uersatur et intentio erga tem-
porales diuitias et delicias. erga lux-
uriam et superbam potentiam. Qui letantur
cum male fecerint et exultant in rebus
pessimis. Hee umbre inclinabuntur
.i. humiliabuntur. quia temporalium gau-
diorum extrema luctus occupat. et nouis-
sima meretricis .i. cuiuslibet terrene
delectationis amara erunt quasi ab-
sinthium. et acuta quasi gladius biceps. et
oculi sublimis hominis humiliabun-
tur. et incuruabitur altitudo uirorum.
et potentes potenter tormenta patientur.
Hee ergo umbre inclinabuntur. et ipsi de-
mones qui eis fuerunt incentores in
culpis. executores erunt in penis.
Aliter dicere possumus donec inclinen-
tur umbre. Umbre sunt poetice ad

inuentiones. sophistice cauillationes. philosophice disputationes. q umbra hnt 7 imaginem cognitionis 7 n ueritatem. Vmbre 7 sunt sacre littere, vn. tenebrosa aqua in nubib; aeris .i. obscura scientia in pphis. 7 uniuersalit de sacra scriptura legit. Extendens celu sicut pellem. q tegis aquis supiora ei. Extendit dns celu .i. sacra pagina sicut pelle ut in ea legat 7 intelligat. At tam supiora ei aquis tegunt. qr queda in ea altiora sunt que aquis .i. pfunditate 7 obscuritate itelligentie obducunt. Vmbre sunt 7 scē meditationes 7 9templationes. vn apls. videm nuc p speculu in enigmate. Et qd uerba multiplicem? Tota psens uita in umbris uersat. Vmbre sunt in cogitationib;. in uoluntatib;. in sermonib;. in actionib;. Vmbre st in 9siliis. in studiis. in offitiis. in exercitiis. in sententiis. in iudiciis. in iusticiis. Si in iusticiis umbre n eent n diceret dns se scrutaturu ierlm in lucernis. Ad umbras eni discutiendas necessarie sunt lucerne. Prop umbras iusticiaru dic ppha. Oms iusticie nre tanqm pann menstruate coram te dne. 7 apls. Qui illuminabit abscondita tenebrarum 7 manifestabit 9silia cordiu. 7 nichil m conscius sum. s n in hoc iustificat sum. Si de umbris singloru dequib; pposui uellem ad plenu psequi. citi me dies qm materia loqndi destitueret. Cetm ppt multiplicitate umbraru multiformiu dicit salomon. Nescit homo utru amore an odio dign sit. 7 beat iob. Quare data e misero lux. 7 uita his q in amaritudine anime st. Viro cui abscondita e uia 7 circu dedit eum ds tenebris. Hee oms umbre aspirante die felicitatis etne inclinabunt .i. dispient 7 adnichilabunt. Inclinabunt .i. humiliabunt 7 umbre .i. demones 7 mali homines sic dixim. Conuitam g ad aplos 7 sedulis eos pcib; rogem. ut qui nob fuerut doctores in exilio. fiant defensores i iudicio. ne sim complices umbraru in caligine. s sim 9sortes sortis scoru i lumine. Qd ipis suffragantib; nobis 9cedere dignet dns ihc mediator nr. aduocat nr. iudex nr. cu uenerit iudicare uiuos 7 mortuos 7 sctm per ignem. Am.

It in festo aplor pet 7 pauli.

Isti sunt due oliue. 7 duo candelabra in conspectu dni tre stantes. Cum multa magna 7 pclara de magnis 7 illustrib; uiris aplis. s. dni ihu. 7 lex 7 litte pphar 9tineant insiguris. 7 eccla tam apta laude recenseat. glosos tam pncipes tre q hodie natalicia colim petru loquor 7 paulu tanto maiore reuerentia. tanto suauiore memoria pceteris dignos censem. qnto 7 eos 7 a dno comendatos clari 7 p dno laborasse ppensi. triuphasse gloriu. docuisse lati manifestum e. Quid eni glosius petro. quem dns adeo sublimauit ut illu aplis oib; pferret. disciplorum omniu imo tocius

ecclesie caput constitueret. oues uniuerse pascue sue pascendas illi committeret. Cui 7 principaliter claues regni celorum tradidit. Quid autem 7 paulo sublimius quem dominus strauit ut surgeret. humiliauit ut exaltaret. cecauit ut illuminaret. quem uas electionis 7 uocauit 7 fecit. doctorem gentium constituit in fide 7 ueritate. Alii sentiant 7 dicant quid uolunt. Ego autem sine preiudicio sententie sanioris. si tamen sanior possit inueniri. audacter profiteor neminem prorsus sanctorum ex omnibus qui domini precesserunt aduentum uel subsecuti sunt nos in tantum obnoxios in tantum de uite deuotos. quantum sumus beatissimis apostolis petro 7 paulo uel alteri cuilibet illorum. Isti sunt de quibus specialiter cantatur. isti uiuentes in carne plantauerunt ecclesias sanguine suo. Nisi enim sensus extorqueatur littere non uideo qualiter de aliis ualeat ueraciter cantari quod sequitur. non sunt intra corpora eorum separata. quorum merito sunt anime sanctorum coequales. Hoc enim istis conuenienter 7 apte congruit. quorum anime sicut dum adhuc uiuerent conuersatione et meritis. 7 in celo glorificatione 7 premiis non sunt separate: ita 7 corpora diuisa abinuicem non sunt in tris. De istis specialiter dicit dominus per prophetam. Funes ceciderunt mihi in preclaris; 7 enim hereditas domini preclara. Ipsis principaliter diuisa est. ut alter circumcisioni. alter gentibus predicaret. Qui enim operatus est 7 petro in apostolatum circumcisionis. operatus est 7 paulo inter gentes. 7 cognouerunt gratiam dei que data est illis a xpo domino. Hic est petrus super quem xpc ecclesiam suam fundauit. iuxta quod illi dixit. Tu es petrus 7 super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Licet enim egregius doctor augustinus capitulum illud sic exponat. Tu es petrus 7 super hanc petram a qua tu cognominaris petrus. i. super me xpm edificabo ecclesiam meam. Ipse tamen petrus apte et congrue dici potest petra super quam ecclesia fundata est. sicut idem augustinus in libro retractationum dicit. Unde 7 confessor ambrosius in hymno de gallo gallicinatio petrum petram ecclesie uocat. Hoc ipso inquit eius petra ecclesie canente culpas diluit. Hic est petrus qui fidem xpi orbis capiti. i. urbi romane primus intulit. contra quem symon magus caput totius malicie neronem commouit. Hic est paulus qui plus omnibus aliis apostolis laborauit. qui ab arabia in illiricum. ab illirico in hyspanias. euangelio xpi totum repleuit. quem non pericula fluminum. pericula latronum. pericula ex gentibus. pericula ex genere. pericula intra. pericula in mari. pericula in falsis fratribus a confessione fidei potuerunt deterrere. 7 hec omnia sustinuit propter electos. sicut alibi dicit ad quosdam. Ego impendam 7 superimpendar pro animabus uestris. 7 item sicut nonnulli codices habent. cotidie morior propter gloriam uestram fratres. Hos duos maxime hereditatem suam restituit sibi dominus. His ergo pulcre conuenit quod in apocalypsi sua de enoc 7 helya iohannes uirgo dicit. Isti sunt due oliue. 7. d. c. in. d. t. s. Si proprietatem nominis uelimus attendere. arbor olea. fructus oliua. liquor oleum est sicut

dicit ysid. in libro ethimologiarum .xiiii. in tractatu de reb; rusticanis. Ceterum solet oliua poni pro olea. sicut est illud prophete. Ego autem sicut oliua fructifera. ibi oliuam pro arbore posuit. non pro fructu. Fructus enim non est fructifer. sed arbor fructifera. i. ferens fructum. ita et hic isti sunt due oliue. Videamus quomodo congruenti similitudine isti oliue siue olee dicuntur. Oliua arbor pacis designatiua est. Vnde et columba cessante diluuio ad archam reuersa. ut dominum humano generi reconciliatum designaret ramum oliue uirentibus foliis legitur attulisse. Inde erat inter antiquos usitatissimum ut legati pacis ramos oliue gestarent. Iure ergo oliue dicuntur beati apostoli qui humano generi euangelium pacis attulerunt. De ipsis enim per prophetam dicitur. Legati pacis amare flebunt. Hii siquidem amare fleuerunt. i. multas aduersitates in presenti uita perpessi sunt iuxta illud domini. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. quibus illi ipsi quibus pacem nuntiabant multas amaritudines et contumelias intulerunt. sicut dyes hec passionis eorum declarat. De his per ysaiam dicitur. Quam pulcri super montes pedes euangelizantium pacem. annuntiantis bona. Pedes gressus actuum designant. sicut per ezechielem de sanctis animalibus dicitur. Pedes eorum pedes recti. Montes uero quandoque propter elationem designant superbiam. quandoque uirtutum eminentiam. sicut hic. Preuidens itaque et admirans propheta pulcritudinem conuersationis et decorem actionum in apostolis.

et in spiritu prenoscens quam pulcri in actibus; quam eminentes in uirtutibus futuri essent. quam pulcri inquit super montes pe. eu. pa. et cetera bo. De gressuum istorum imitatione commendatur sponsa a sponso cum ei in canticis dicitur. Quam pulcri gressus tui in calciamentis filia principis. Ecclesia seu quelibet anima fidelis filia principis dicitur. i. christi qui omnibus imperatoribus principatur. qui rex est et princeps regum terre. Huius ecclesie uel cuiuslibet fidelis anime gressus pulcri sunt. i. actiones decore. quando sunt in calciamentis. quando s. imitantur apostolorum exempla. Calciamenta sunt de pellibus mortuorum animalium et ornant pedes. Apostoli autem et si susceperunt singulas stolas carne tamen mortui sunt. Ipsi enim dederunt pellem pro pelle. pellem contemptibilem pro pelle gloriosa. pellem deformem pro pelle formosa. pellem contumelie pro pelle glorie. pellem mortalitatis. pro pelle immortalitatis. Calciamenta ergo exempla sunt que ab illorum conuersatione sumuntur. qui olim calciati pedes in preparatione euangelii pacis carne soluti sunt. Illi ergo gressus. ille. s. actiones decore sunt que his calciamentis apostolicis. s. exemplis fuerunt ornate. Tunc enim uere pulcri sunt gressus ecclesie quando apostolos imitantur. quorum pedes. quorum actiones. in uirtutum eminentia constitute euangelizauerunt pacem. annuntiauerunt bona uite que nunc est in iustitia. et uite future in gloria. Euangelizauerunt autem humano generi pacem et pacem multiplicem. Attulerunt et obtulerunt pacem reconciliationis et gratie. suaserunt pacem dilectionis et concordie.

docuerunt pacem religiose conscientie. promiserunt pacem eterne felicitatis et leticie. Primam pacem fecit et adhuc facit fides, peccatorum que uera confessio. secundam morum compositio. tertiam diligens cordis obseruatio. quartam perpetua diuinitatis contemplatio. Primam fecit et facit humilitas. secundam caritas. tertiam puritas. quartam orta ex dei uisione perfecta iocunditas. De prima pace legitur. quod promiserit deus pacem his qui prope. et pacem his qui longe. i. iudeis et gentibus. De hac pace reconciliationis que facta est et cotidie fit inter deum et homines per mediatorem dei et hominum ihesum christum dicit apostolus. Deus erat in christo. mundum reconcilians sibi. et alibi. Legatione pro christo fungimur. obsecramur reconciliamini deo. Hinc dicitur christus pax nostra. qui fecit utraque unum medium parietem soluens. et pacificans que in celis et que in terra. Hanc pacem predixerunt prophete longe post futuram. Iohannes precursor nuntiauit et ostendit e uestigio subsecuturam. Apostoli nuntiauerunt iam perfectam. Et ad hanc suscipiendam humanum genus instando. obsecrando. monendo. predicando. oportune importune compulerunt. De hac pace per prophetam dicitur modum reconciliationis exprimentem. Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi. Hic est enim modus reconciliationis si ueritas hominis misericordie dei occurrit. obtulit se mundo et offert misericordia per mediatorem dei et hominum. et quantum ad hominem cassa est et nichil ei prodest nisi homo in ueritate misericordie occurrat ut ueniat homo ad lucem et faciat ueritatem. et cum uera confessione quam necessaria est omnes

articulos fidei teneat. et cum uera confessione de omnibus peccatis et maxime de criminalibus peniteat. Sunt enim qui confitentur peccata. non in ueritate sed in falsitate. sicut ypocrite qui peccata sua uel palliant uel excusant uel omnino negant. qui et grauioribus compressis de cotidianis et leuibus confitentur peccatis. ut credantur confessionem non subterfugere. uel ut estimentur alicuius momenti. de quibus legitur. quod non clamabunt cum uincti fuerint. Licet enim grauium peccatorum funibus constringantur non clamant confitendo. non clamant lacrimas et suspiria fundendo. que uim magni clamoris habent in auribus dei. Ceterum non parcit ypocrite dei bonitas indulgentis. quia non obuiat misericordie ueritas confitentis. Misericordia et ueritas ob. si. iu. et p. o. s. Quod primum ueritatem uocat hoc repetendo uocat iusticiam. et quod primum misericordiam hoc deinceps pacem. Hec est enim iusticia ut qui deum offendit per delectationem. sibi deum reconciliet per contritionis et satisfactionis amaritudinem. et qui non erubuit in conspectu dei uere agere. saltem erubescat cum cogitur hominum pudenda dicere. Hec iusticia et hec pax per apostolorum predicationem sese osculate sunt. Quisquis fecerit hanc iusticiam confessionis. illi deus porrigit osculum reconciliationis. De hoc osculo dicit sponsa in canticis de sponso. Osculetur me osculo oris sui. Ceterum quoniam hec pax seruari uel obtineri non potest nisi ad proximum pacem habeamus. suaserunt nobis apostoli pacem dilectionis et concordie. De hac pace dicit apostolus. Solliciti seruare unitatem

spiritus in uinculo pacis. et alibi. quantum in uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Porro non sit carnalis ista pax. sicut egregius doctor nos docet augustinus. Non autem carnalis sed spiritualis debet inter nos esse dilectio. Inde dicit dominus habete sal. et pacem habete inter uos. Premisit sal et subiunxit et pacem habete inter uos. Sal quiddam austerum sapit et sapientie condimentum signat. Illa uero pax insulsa est et carnalis et dissoluta qua fouet quis alterius uicia uel non corrigit cum possit. Debet ergo austeritas zeli paci concordie coniungi. Hanc pacem dilectionis et concordie facit morum compositio. Qui enim pacem seruare uult maxime in congregatione: necesse est ut compositos mores habeat. ut modestus sit in motibus et in actione. blandus in responsione. quia sermo mollis frangit iram. tardus ad alios ledendum. cum lesus fuerit facilis ad indulgendum. Sed qui conuenit nulli qui secum dissidet ipse. docuerunt nos apostoli pacem religiose conscientie. ut studeamus quantum humana sinit infirmitas sedare motus ire. motus inuidie. motus superbie. motus lasciuie. motus gule. motus ambitionis et auaricie. Quanto magis enim hos motus sedauerit quis. tanto in hac pace magis proficiet. huius pacis fastigium summum uel nulli uel rarissimi possunt attingere. Magnam tamen in conscientia pacem habet qui et si resistendo motibus laboret. peccatis tamen criminalibus; que a deo separant: consensum non adhibet. In hoc uigilemus fratres ut si motum sentiamus saltem non consentiamus. ut si peccatum per cogitationem incipitur: saltem per consensum non consumetur. Peccatum enim cum consummatum fuerit generat mortem. Sola cogitatio criminalis uel delectatio si minima uel crebra non fuerit mortem non generat. Sed si consensus sequatur: puella mortua est in domo. anima scilicet in conscientia. consensus enim peccatum consummat. Habet peccatum tres consummationes. Consummationem cogitationis. consummationem operis. consummationem consuetudinis. Consummatio cogitationis est consensio. consummatio operis est ipsa actio. consummatio consuetudinis obstinatio. Sicut autem malorum conscientia magnam parturit inquietudinem et graue supplicium. Nam prima est hec ultio quod se iudice nemo nocens absoluitur. ita bonorum conscientia magnam habet pacem et dulce gaudium. Nam prima remuneratio est hec quod testimonium reddit iustis conscientia sua quod filii dei sunt. De hac pace conscientie dicit apostolus. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. De hac dicit propheta. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Prima pax inter nos et deum. secunda spectat ad proximum. tertia ad te ipsum o homo. Sequitur pax quarta quam nobis promiserunt apostoli. pax eterna. pax que exuperat omnem sensum. de qua dicit dominus pacem meam do uobis cum premisisset pacem relinquo uobis. de pace temporis presentis. triplicem de qua locuti sumus singularis pacis nomine concludens. Et notandum quod de pace quam relinquit non dicit meam. sed de pace quam promittit. Illa enim pax sanctorum quam habituri sunt in eterna felicitate erit dei. Erit scilicet talis qualis est et pax dei. qui cum tranquillitate ...

iudicat. in qua nulla perturbatio cadere pot. Talis erit et pax sanctorum imperturbabilis et plenaria. et que nullam prorsus concussionem vel inquietudinem possit admittere. Ideo pacem quam dat dominus vocat suam. non pacem quam relinquit. quia in presenti tempore. quantamlibet pacem homo quantumlibet et perfecte attingat. fieri non potest. quin quandoque immo crebrius inquietudinis alicuius pulsetur incommodo. Hanc pacem nobis beatissimi petrus et paulus promiserunt. Merito ergo dicuntur olive qui pacem nobis nuntiaverunt multiplicem. Ex his olivis oleum purissimum et liquidissimum emanavit. Oleum pascit. sanat. exhylarat. illuminat. supernatat. Quid ergo per oleum illud quam caritas designatur? Omnes proprietates olei quas numeravimus caritati conveniunt. Caritas pascit. qui enim caritate caret ab omni cibo spirituali ieiunat. Mentem vero quam repleverit caritas reficit ac saginat. hoc adipe hac pinguedine repleatur anima mea. hic est cibus qui non putrit sed permanet in eternum. Caritas sanat. ipsa est enim que uiciorum sordes et putredines purgat. que vulnera peccatorum in cicatricem adducit et curat. Caritas exhylarat. Unde putandum erat quod apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. quod gloriabantur in tribulationibus suis. in obprobriis. in sputis. in alapis. nisi ex caritate? Unde putamus quod illustrissimi martyres dyonisius. laurentius. vincentius. super craticulas igni super positas positi et tosti gratulabantur. et cum omni alacritate percurrebant. supplicia que vix ipsi carnifices videre poterant. nisi ex virtute caritatis que diffusa erat in cordibus eorum per spiritum sanctum qui datus erat eis? Nichil adeo triste quod non iocundissimum. nichil sic difficile quod non facillimum efficiat verus amor. Caritas illuminat. Qui odit fratrem suum in tenebris est et in tenebris ambulat usque adhuc. Qui autem diligit fratrem suum manet in luce. Denique sicut oleum cunctis liquoribus supernatat. ita caritas omnibus superexcellit virtutibus. De caritate loquens apostolus excellentiorem ait vobis viam demonstro. De hoc oleo caritatis monendo dicit vir sapiens. Oleum de capite tuo non deficiat id est caritas de mente. De hoc oleo dicit dominus ad moysen. Precipe filiis israel ut afferant tibi oleum de olivis purissimum ad concinnandas iugiter lucernas extra velum testimonii in tabernaculo federis. Precipitur veris israelitis ut si volunt adimplere legem oleum caritatis secum afferant. Non enim fieri potest ut lex adimpleatur nisi oleum caritatis afferatur. Littera enim occidit. spiritus autem vivificat. et lex sine caritate que mediante perficiatur. ministratio dampnationis et mortis est. Adhibeatur ergo oleum id est iocunda caritatis hylaritas ut temperetur et dulcoretur mandatorum austeritas. Hoc oleum de olivis esse dicitur. quia hoc caritatis oleo omnes sancti qui in domo domini fuerunt quasi olive fructifere et maxime beati apostoli in quorum cordibus hoc oleum ad concinnandas id est componendas lucernas id est bona opera. De his lucernis bonorum operum ad discipulos a domino dicitur.

Sint lumbi uri pcincti 7 lucerne arden-
tes sub audi sint in manib; uris. Per hec
bona opa lucere debet lux ura coram
hominib;. Cetm quecuq; agun n ex
caritate pcesserunt. n caritatis inpin-
guent oleo. bonitatis quide habere
possunt similitudine s; n ueritatem. 7
hoc uigilat. qr caritas debet ee ptinua
7 n horaria. Extra uelu inqt testimo-
nii: de illo uelo loquit qd diuidebat
sca a scis scor. hoc aut uocat uelum
testimonii. ppt archam q erat in scis
scor. ppt ea que erant in archa reco-
dita. In archa erant reposita magna u-
ga aaron. tabule testamti. que inter
cetas legis figuras fidei nre pcipuum
ppatabant testimoniu. ppt hoc uelu
illud dicebat testimonii. 7 maxime
ppt legem quia ipse dns testimonium
uocat dicens ad moysen. Pones in archa
testificationem qua ego dabo t. Et beat
paulus dicit. qr fides nra testimoniu
ht a lege 7 pphis. Sca significat psentis
eccam temporis. sca scor eccam iam
regnante in celis. Velu e g int sca scor
qr qmdiu sum in psenti eccla. in tabna-
culo federis ubi insignu fedis arra acci-
pim spm. bona futura nob pmissa cre-
dere 7 sperare possum. uidere n possu-
m. nisi p specim 7 in enigmate. obsiste-
te nob mortalitatis uelo. In his g scis
.s. eccla lucerne bonor opum carita-
tis oleo debent nutriri. ut bona sint.
7 ut in omib; que in ospectu hominu
agun n humanu s; diuinu fauorem
queram. Est aut hoc oleu purissimu
nesciens duplicitatem. 7 lucidum infun-
dens cordib; ueritatis 7 caritatis claritate.
Hoc caritatis oleu qntu beator petri 7
pauli mtes impinguauit. qntu opa illu-
strauit. luce clari patet. Hic e petr q
dnm aplis ceteris dilexit ardenti. quod
ipi dni testimonio pot compbari dicetis
ad ipm. Symon iohis diligis me plus his:
pasce oues meas. Hic e 7 paulus que tri-
bulatio 7 angustia. 7 psecutio. 7 fames. 7
nuditas. 7 pictm. 7 gladi. separare no
poterant a caritate dei. Cetm licet a die
oversionis sue uigilat in opib; suis h oleu
accensu gestauit. hodierna tn passione
sua efficati ostenderit qntu dm pxi-
muq; dilexerit. Maiorem eni caritate
nemo ht ut anima sua ponat qs p a-
micis suis. Ipi sunt candelabra sup que
caritatis oleu ardens 7 lucens extulert.
Candelabra excelsa sunt 7 in edito loco po-
nunt. ut uideant ab omib;. Iure g hy
dicunt candelabra q excelsi fuerunt p ui-
te meritu 7 in edito ostituti loco. facti
spectacim mundo. 7 anglis 7 hominib;
que in seipis manifestissime declarart.
qnta fuit in eor cordib; dilectionis mag-
nitudo. Sequit in ospectu dni tre stan-
tes. 7 si eni uisi sunt in ospectu hominu
corruisse. stabant tn in ospectu dni q
7 si daret tram i man impii dispensati-
one necessaria dns tn erat tre. Visi sunt
oclis insipientiu mori. illi aut sunt in
pace. In pace plena. in pace etna. cui
pacis nos participes faciat. q ciuitatis
supne fines posuit pace. pax nra ihc
xc q cu do patre i unitate spc sci e ds. Am.

Item in festo apostolorum petri et pauli.

Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui inhabitant in ea. ego confirmavi columpnas eius. Sicut scriptum est in libro sapientie deus mortem non fecit nec letatur in perditione vivorum. sed homines manibus et pedibus accersierunt eam. Immo multiformiter multisque modis eos ab erroribus et iniquitate revocat si forte intelligant. si forte peniteant. si forte revertantur. Inde est quod per prophetam dicitur. Nolo mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. et quare moriemini domus israel. Et per ieremiam. Revertimini filii revertentes et sanabo contritiones vestras. Innumera sunt divine bonitatis erga hominem testimonia que omnia in unum congerere non est humane facultatis. Certum quanto copiosior est in misericordia tanto districtior erit in iusticia. et quanto maiore patientia sustinet peccatores. tanto gravius punit contemptores. Unde apostolus. An divitias bonitatis eius contempnis. an ignoras quoniam patientia ad penitentiam te adducit. Tu vero secundum duriciam tuam et cor impenitens thesaurizas. id est accumulas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei. Dominus enim non solum misericors est sed et iustus. non solum dulcis sed et rectus. Unde. Universe vie domini misericordia et veritas. et misericors dominus et iustus. Et dulcis dominus et rectus. Propter hoc legem dabit delinquentibus in via. legem utique vite et discipline dedit. in qua quid agendum et quid cavendum sit docuit. in qua que gloria bonos. que pene malos maneant declaravit. Sed quibus dedit illam legem. Delinquentibus. propter transgressores enim lex posita est. et lex iusto non est posita. Data est itaque tamen delinquentibus et necessaria est tamen in via huius vite. Confecta enim via necessaria non erit. Nunc enim est tempus promerendi tunc recipiendi prout quisque gessit in corpore sive bonum sive malum. Nunc tempus est misericordie. tunc iusticie. nunc tempus bonitatis. tunc erit tempus severitatis. Attendens autem dominus ihesus quia hominem peccati servum potius a malo cohibet timor quam amor. qui bonitatis oblitus perseverantem iudicii terret ex propria persona dicens. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Totus enim christus loquitur in hoc psalmo. In principio psalmi vox membrorum est. que a confessione incipit dicens. Confitebimur tibi deus confitebimur tibi. Confitebimur peccata nostra. confitebimur dona tua. Confitebimur intus coram te per devotionem. confitebimur foris coram hominibus per actionem. et ubi nostra virtus minus sufficiet invocabimus nomen tuum. auxilium tuum. Et quoniam per opem virtutis tue quam mirabilis est in sanctis tuis in carne manentes. preter carnem vivemus. narrabimus mirabilia tua. deinde sequitur vox capitis que ad confessionem cordis et operis magis ac magis per iudicii comminationem adhortans cum accepero inquit tempus iusticias iudicabo. Quod dicit cum accepero tempus ostendit iudicii tempus nondum adve

nisse

uisse: Aduenit enim tempus miseren
di. sed nondum tempus iudicandi. Nondum
enim uenit filius dei ut iudicet mundum
sed ut saluetur mundus per ipsum. Dicit autem
accepero secundum naturam humanitatis.
Qui enim dat cum patre ut deus. accipit
ut homo. iuxta illud. Accepisti do
na in hominibus. Notatur in hoc quod
dicit accepero quod in forma humana iu
dicabit in qua sola apparebit in iudicio
iuxta illud. Pater non iudicat quemquam sed
omne iudicium dedit filio. Cum accepero
inquit tempus iusticias iudicabo. i. ipsas
iuste iudicabo. Non ut homines qui
falli possunt in iudicio. uel iusticias
iudicabo. i. ipsas iusticias que fucata
te sunt et simulate. uel iusticias. i.
illos qui iusti uidentur et non sunt. Tunc
enim ut ait propheta dominus ierusalem scrutabi
tur in lucernis. et ut indicaret iudicii
causam subdit. Liquefacta est terra. i. a
stabilitate iusticie in uarias defluxit
concupiscentias. Quid autem uocet terram
exponit cum addit et omnes qui habitant
in ea. Terram enim uocat habitatores
terre. Sunt autem iiii. modi liquefacti
onis siue defectionis humane. Pri
mo liquefit et deficit homo a iusti
cia per concupiscentie feruorem. secundo li
quefit ab obstinata malicia per iudi
cii timorem. tercio deficit a cordis
duricia per inuisibilium amorem. quarto
liquefiet ab omni presumptione et su
perbia per extreme sententie rigorem.
Primo siquidem defecit in adam et
cotidie deficit in multis de stabili

tate iusticie in uarias dilabens et difflu
ens corruptelas. De hac defectione non in
congrue per zachariam prophetam dicitur. Tabes
cet caro uniuscuiusque stantis super pedes su
os. et oculi eius contabescent in foraminibus
bus suis. et lingua eorum contabescet in ore
suo. Tabescit enim caro uniuscuiusque stantis
super pedes suos quando ille qui stabat et
calcabat affectus suos carnalibus fractus
desideriis et quasi factus caro usque ad carna
lia contabescit et dilabitur opera. Contabescunt
autem oculi in foraminibus quando libidinoso
aspectu illecti et capti corrumpuntur et
ipsam corruptionem suam traducunt ad
animas et eas deperdunt. iuxta illud pro
phete. Oculus meus depredatus est animam
meam. Contabescit uero lingua in ore suo
quando usque ad illicitam locutionem effrena
tur. Et notantur hic tria quibus maxime
peccatur. locutio. cogitatio. actio. lingua
enim contabescit loquendo turpia. oculi con
tabescunt concupiscendo uana. caro con
tabescit operando praua. Ab hoc defec
tu tam letifero reuocat hominem dominus.
et inducit eum in secundum defectum qui salu
bris est. Ingerit enim oculis eius operum que
fecit fetorem. quia uultus domini super
facientes mala ut perdat de terra memoriam
eorum. Cuius oculis omnia nuda sunt et aperta
et quam districtus iudex adueniet in eos qui
talia agunt. quem nemo latere uel effu
gere poterit neque ab oriente neque ab
occidente. neque a desertis montibus; quoniam
deus iudex est. Hec igitur peccator considerans et
considerando horrescens et horrescendo
timens et timendo tremens totus conta

defecit et deficit. De hoc defectu per psalmistam sub persona penitentis dicitur ad dominum. Defecit spiritus meus non avertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus in lacum. Hic defectus salubris est a domino. Qui respicit terram et facit eam tremere. Respicit eam dominus ut tremat. et postquam tremuerit respicit ut ipse dicit per ysaiam. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem verba mea. Hic defectus est initium sapientie. Ab hoc defectu sensim transitur ad tertium defectum. Purgata enim per condignos fructus penitentie conscientia. spe concepta fiducie incipit amare quem timuerat. Dilectione autem firmius radicata et augmentum et robur accipiente in dies. ad tertium defectum pervenit ut qui prius ad considerationem dei liquefiebat pre timore. ad recordationem ipsius deficiat pre amore. De hoc defectu habes in psalmo. Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Et defecit in sa. tu. a. m. Et oculi mei defecerunt in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me. Et in canticis. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Anima in hoc defectu posita tota deficit et liquescit ab amore sui. ab amore mundi in amorem dei. graviter perferens prolongationem exilii. dilationem regni. pre amoris magnitudine salubriter languens et deficiens et suspirans presentiam dei. Ipsi oculi resolvuntur in lacrimas ad eloquium dei deflentes peregrinationem. optantes consolationem. et dicentes quando consolaberis me me. Boni sunt isti duo defectus. Defectus timoris et defectus amoris. Defectus timoris parit correctionem. defectus amoris prebet consolationem. Qui sic deficit istum defectum non metuet qui erit in iudicio quando omnes astabunt ante tribunal Christi ut referat unusquisque prout gessit in corpore sive bonum sive malum quando manifesta erunt abscondita cordis nostri et venient in lucem que facta fuerunt in tenebris. Dies illa dies ire. calamitatis et miserie. tribulationis et angustie. dies nebule et caliginis. dies tube et clangoris. tribulabitur ibi fortis. De hoc defectu dicit propheta. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. et f. q. o. e. a. f. e. Sicut. d. f. d. s. f. c. a. f. i. s. p. p. a. f. dei. Domino enim qui modo videtur quasi dormire dum peccata hominum dissimulat propter penitentiam. ad iudicium exurgente. peccatorum conscientie suarum undique circumvallate iniquitatum miseriis previdentes parata sibi supplicia. audituri statim illam vocem terribilem. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo. pre timore et tremore expectationis anxie tabescent. liquefient. defluent. a facie dei. sicut cera fluit a facie ignis. Horribilis est defectus iste. Adhuc ultimum defectum homo a primo defectu perfluit. A defectu quem modo facit mala concupiscentia ad defectum quem faciet terroris angustia. Abissus enim abissum invocat. abissus peccatricis et tenebrose conscientie abissum tribulationis et angustie. Qui igitur

male defecit. bene deficiat. Qui le-
taliter defecit a iusticia per concupiscentiam
ārū feruore. salubriter ab obstinata ma-
ciat licia per iudicii timorem. Redite preuari-
catores ad cor. Quod si magna sit iniqui-
tatum estus conscii. non tamen ad desperationem
uos inducat facinorum seu flagitiorum
immanitas. quia ipse columpne terre ante
defecerunt quam confirmarentur. Unde sub-
dit. Ego confirmaui columpnas eius. id est terre.
Ecclesia dicitur terra. propter firmitatem. Huius terre
columpne sunt apostoli similitudine con-
grua. Columpne ad hoc fieri solent in
domo ut domus sit pulcrior. clarior.
solidior. ornant. illuminant. sustentant.
Sic et apostoli ecclesiam ornauerunt sua sancta con-
uersatione. illuminauerunt predicatione.
sustentant intercessione. ornant uita.
illuminant doctrina. sustentant oratione
continua. Tales esse debent prelati ecclesie ut
eorum uita subiectos per exemplum ornet.
scientia per institutionem informet. de-
uotio per interuentum adiuuet. Ideo pastor
pastorum dicit ter petro. Pasce oues me-
as. Quasi diceret. pasce exemplo. pasce
uerbo. pasce suffragio. Idem etiam desig-
nant nobis ornamenta sacerdotalia. super-
humerale. rationale. cidaris linea.
Superhumerale ab humeris quibus super-
ponebatur nomen accepit. Humeris uero
solent portari onera. Ideo superhum-
merale intelligitur opus. Rationale
super pectus ponebatur. Est autem in pectore
sapientie sedes. Ideo in rationali de-
signatur doctrina. Cidaris imponebatur
capiti et erat linea. Solet autem per caput

mens designari. Cidaris ergo in capite.
munda intentio et deuotio in mente. 74
In superhumerali itaque intelligitur bona
actio. in rationali eruditio. in cidari linea
cum deuotione et oratione pura ad dominum in-
tentio. Columpne ergo apta similitudine
dicuntur apostoli. De his columpnis legitur. Sapi-
entia edificauit sibi domum. excidit colum-
nas septem. Domus sapientie ecclesia est. in qua
eadem sapientia columpnas apostolos exci-
dit que septem dicuntur. ut propter spiritum sep-
tiformem cuius opere excise sunt. uel quia per
septenarium numerum qui uniuersitatis
forma est uniuersitas omnium prelatorum figu-
ratur. Hee columpne ante defecerunt
quam confirmarentur. Audi defectum. Tradi-
tus sum dicit dominus ihesus in psalmo et non egredie-
bar. oculi mei languerunt pre inopia. Tra-
dito eum ad mortem domino et non egrediente. id est
uirtutem et potentiam diuinitatis non exer-
cente oculi eius oculi christi. id est apostoli qui ecclesie
debuerant necessaria prouidere languerunt
id est defecerunt pre inopia uirtutis et fidei.
iuxta illud propheticum. percutiam pastorem
et dispergentur oues gregis. Ideoque et dominus
in alio psalmo. Singulariter sum ego do-
nec transeam. Et alibi. considerabam ad
dexteram et uidebam et non erat qui cognosce-
ret me. Et per ysaiam. Torcular calcaui
solus. Defecerunt ergo apostoli donec per domini
resurrectionem et ascensionem et spiritus sancti missi-
onem confirmati sunt. Ut autem adhuc clarius
defectum prius et post confirmationem harum
columpnarum uideamus. adducamus in me-
dium duas maximas et firmissimas co-
lumpnas petrum et paulum. Hii sunt due

columpne quas statuit salomon ante
fores templi unam a dextris et alteram
a sinistris. Hii spiritualiter et qui signanter
prefigurati sunt in multis sacre pa
gine locis. Hii sunt prefigurati in duobus
magnis luminaribus que fecit deus.
De quibus legitur. Fecit deus duo magna
luminaria. Luminare maius ut pre
esset diei. luminare minus ut preesset noc
ti. Luminare maius petrus dicitur. uel
propter prioratum uocationis quia prius uoca
tus est quam paulus. uel quia illum spiritualiter
ceteris apostolis prefecit dominus iuxta illud. Tu
uocaberis cephas quod interpretatur caput.
uel quia miraculorum gratia gloriosius prefulsit.
Unde in plateis ponebantur infirmi ut
ueniente petro saltem umbra illius
obumbraret quemquam illorum et liberaren
tur ab infirmitatibus suis. Hoc lumina
re datum est ut preesset diei. luminare
minus ut preesset nocti. Nomine diei de
signantur iusti. nomine noctis peccato
res. Sicut conuersis peccatoribus dicitur. Fuistis
aliquando tenebre. nunc autem lux in
domino. Iudei autem quia unum colebant deum
et luce refulgebant fidei per diem figu
rantur. Gentes uero que colebant idola et
ignorantie et infidelitatis tenebris in
uoluebantur. noctis intelliguntur nomine.
Iactabant enim iudei iustitiam suam. Unde
in euangelio dicitur nos natura iudei
et non ex gentibus peccatores. Luminare
igitur maius. id est petrus prefuit diei. id est iu
deis ut eis spiritualiter predicaret. Lumi
nare minus. id est paulus. qui lumina
re comminus dicitur. non quod inferior fuerit
petro fide. uel labore. uel meritis. sed
propter prioratum dignitatis ut dixi qua ce
teris apostolis petrum prefecit dominus. paulus
in quantum gentibus spiritualiter predicauit. iuxta
illud. Segregate mihi barnabam et saulum
in opus ad quod assumpsi eos. Et ipse paulus
dicit. Qui operatus est petro in apostolatum
circumcisionis. operatus est et mihi inter gentes.
Hii sunt petrus et paulus gloriosi prin
cipes terre quos ut meritorum equalitas
coniunxit. ita mors non separauit. Hii
sunt duo ostiola in ingressu sanctuarii
de lignis oliuarum. Hii sunt in zachari
a due spice. duo rostra aurea. duo
filii olei qui assistunt dominatori uni
uerse terre. Hii sunt ut dixi due colump
ne ante fores templi quarum unaqueque
erat decem et octo cubitorum. senarius
multiplicatus per ternarium. x. et. uiii. fa
cit. In senario perfectio operum. in ter
nario sancte trinitatis fides intelligitur
ut mentes apostolicas sursum erectas
per rectam fidem et operum perfectionem
fuisse aduertas. Una uocata est iachin
id est firmitas. altera booz hoc est in
robore. Nichil enim in apostolis nisi fir
mum. nichil non robustum. Uterque tamen
illorum prius infirmatus est quam confir
maretur. Petrus ipse in passione domini
passus in eo scandalum et infirmatus
uirtute tam deformiter titubauit
ut ad uocem ancille trepidans igno
miniam trine negationis incurre
ret. Qui postea per fidem dominice resurrec
tionis confirmatus et uirtute indutus
ex alto. comminationes contempnebat

principium. et uincula. uerbera. flagella.
probra. nullatenus metuens obediendum
magis deo quam hominibus securus cense-
bat. Saulus et prius spirans minarum et
cedis in discipulos domini persecutor blasphe
mus et iniuriosus. de saulo factus paulus.
de persecutore quietus et modicus ad tan
tam perfectionem et constantiam peruenit.
ut neque tribulatio. neque angustia. neque
persecutio. neque fames. neque nuditas. neque
gladius. neque periculum. neque mors. neque uita.
neque altitudo. neque profundum. neque an
gelus. neque principatus. neque creatura a
liqua posset eum separare a caritate christi.
Non ergo despes o peccator in quamcumque fla
gitiorum seu facinorum profunditatem deue
neris. non est tibi de bonitate dei diffi
dendum. In duobus maximis ecclesie sancte
principibus exemplum tibi prebuit confi
dentie. ut spem resurgendi et fidu
ciam obtinendi. gradum dignitatis et
glorie plene concipias. Innitere his colump
nis ad adiciendum ut resurgas. et om
nem uirtutem sathane conteras sub pe
dibus tuis. Hee enim sunt columpne quibus
innixus samson philisteos prostrauit.
Samson qui sol eorum interpretatur. de
signat quemlibet qui alios claritate
uite sue et eruditionis illuminat.
Huiusmodi tamen decipit dalila que pau
percula interpretatur. Hec est caro que
rationis est inops et uirtutis egena.
ex se sterilis et que non parit. Hec ui
rum spiritualem qui lumen aliorum esse so
let quandoque seducit amore turpi de
uinctum et deuictum. Que in gremio
male blandientis meretricule periculo
se soporatum septem crinibus denudat. 75
ornatu capitis. id est uirtutibus. intus eum
priuans. et omni gratia spirituali spolians. Inde
philisteis ad illudendum traditur. id est demo
nibus. uel illecebrosis affectibus. qui ei o
culos eruunt. id est intus intellectum exce
cant et obruunt. ut se nec peccare sen
tiat. Dehinc ad molam ponitur. id est rerum
temporalium rotam sequitur. de qua rota dicit
psalmista. In circuitu impii ambulant.
Et deus meus pone illos ut rotam. Sic in pro
fundum uitiorum gradatim descenditur.
Nemo enim spiritualis repente fuit tur
pissimus. Sed sicut ad uirtutum fastigium
per gradus ascenditur. sic ad malorum cumu
lum subito non descenditur. Primo quidem
qui aliquid uirtutis et intellectus habet
carnis temptationibus resistere nititur.
Inde a propria concupiscentia illectus et abstrac
tus captiuus ad peccatum ducitur. quasi bos
ducatur ad uictimam. Sepe tamen ad statum
pristinum bone conuersationis sue reducens
oculos dolet et compungitur. de compuncti
onis amaritudine ad experte uolupta
tis dulcedinem. et de peccati dulcedine
ad compunctionem frequenter mutuo transi
tum faciens modo peccatum abhorrens. modo
in ipsum recidens donec uoluptate pre
ualente omni uirtute spolietur. ita ut
se quidem praue agere sentiat et ali
quatenus doleat. sed iam uictrici uolup
tati resistere prorsus non ualeat. Tandem
inualescente consuetudine et inuoluen
te incarceratum quibusdam cecitatis tene
bris ad hoc ducitur ut immensitate uo

luptuose et illecebrose consuetudinis ab
sortus et obtenebratus nec habeat oculos quibus
ad uirtutes relictas erigat nec aliquem
de peccato suo sensum doloris percipiat. Ad
extremum sic excecatus ad sequendum totam uo
luptatum temporalium totum se tradit et ex
ponit sola temporalia cogitans diligens
et habenis laxatis captans et ambiens.
Porro dominus qui ponit in thesauris abys
sos hominem sic absortum. sic demersum. sic
desperatum. et in profundis et abyssis uiciorum
miserabiliter positum. plerumque respicit.
erigit. eligit. Iam renascuntur in eo cri
nes capitis uirtutes mentis. Philistei tamen
ut solebant illi uolentes illudere uo
luptatum imagines relictas libidines
fedas et illecebrosas delectationes in eius
memoriam conferunt. Quid ergo agendum
est confuso et misero penitenti? Innitatur
duabus columpnis que domum sustentant. id est
petro et paulo qui uita. doctrina. et inter
cessione sua domus dei. id est ecclesie sunt ornamen
tum lumen et fultura. His ergo columpnis in
nixus penitens. id est exemplo eorum fiduciam
resurgendi capiens. uitam eorum et doctrinam
sequens suffragia postulans. dicat. moriatur
anima mea cum philistiim. Philistei sunt
demones siue carnales affectus qui de au
reo calice babilonis potati et inebriati
ad lapsum et casum semper tendunt. Hos
ergo samson. id est uir spiritualis columpnis. id est ex
emplis apostolicis confortatus debet occidere.
Sed non occidit nisi anima ipsius samsonis
cum eis moriatur. Qui enim animam suam saluam
uult facere perdet eam et qui perdiderit a
nimam suam inueniet eam. Ut ergo moriatur
cum eo philistiim. moriatur anima eius
mundo. moriatur carni. mortificet me
bra sua que sunt super terram. crucificet
carnem suam cum uiciis et concupiscentiis.
ut cum paulo possit dicere christo confixus
sum cruci. et mundus mihi mortuus est et
ego mundo. Nemini penitus diffidendum
qui beata apostolorum exempla imitari uo
luerit. et eorum suffragia crebris gemi
tibus et suspiriis postulauerit. Quorum
exemplis nos informare. quorum auxi
liis nos ita munire ipsis intercedentibus
mereamur ut non timeamus ab auditione
mala quando iusticias iudicabit dominus noster
qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat
deus per omnia secula seculorum amen.

Ad uincula sancti petri.

Decor uite in sapientia est et uin
cula illius alligatura salutaris.
Verba uobis proposita uiri sapien
tis sunt sapienter loquentis de sapientia.
Cum enim sapientiam multis et magnis
laudibus et preconiis extolleret. inter cetera
subintulit. Decor inquiens uite in
illa est. et uincula illius alligatura salu
taris. Si de insipientia loqueretur di
cere posset a simili per contrarium. Tur
pitudo uite in insipientia est. et uincla
illius alligatura letalis. Turpitudo ui
te in insipientia est. Decor uite in sapi
entia est. Vincula insipientie alligatu
ra letalis. vincula sapientie alligatura
salutaris. Turpitudo uite que in in
sipientia est in .iiii. consistit. indissoluta
locutione. improuisa actione. in crebra
commissi repetitione. in peccantis in
uerecundia. et peccati publicatione.

turpis enim res est dissoluta locutio. turpior est perversa actio. turpissima crebra peccati repetitio. Unde dominus per prophetam loquitur ad ierusalem fornicantem. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Res autem omnino turpis est peccantis inverecundia. et peccati publicatio. quando peccator publicam faciem non erubescit. et plures fedo corrumpit exemplo. Sicut turpitudo vite consistit in. iiii. ita et decor vite in. iiii. et illis scilicet. iiii. que propheta enumerat ubi dicit. Confessio et pulcritudo in conspectu eius. sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. In his. iiii. decor vite consistit. in confessione delinquentie. in pulcritudine iusticie. in sanctimonia continentie. in magnificentia perseverantie. et quidem indecora videtur esse confessio. grave est enim et dicere flagitiosa sive facinorosa et audire. Verum et si non videatur confessio speciosa. sed est fructuosa. decora est ex effectu. Efficit enim confitentem decorum. et de turpissimo reddit pulchrum sicut fimus in agro positus et pulcriorem et uberiorem segetem efficit. Non autem sufficit confiteri et a malo per penitentiam declinare nisi et pulcritudinem iusticie superaddas. et turpitudinem vite preterite superinductione bonorum operum contegas. Iuxta illud. Beati quorum remisse sunt iniquitates per confessionem. et quorum tecta sunt peccata per bonorum operum superinductionem. Proinde facere bonum non sufficit. nisi et a malo contineas. Ideo post pulcritudinem iusticie: addit sanctimoniem continentia. Qui enim in uno offendit multa bona perdit. et qui in uno offendit factus est omnium reus. et modicum fermenti totam massam corrumpit. Ideo apostolus cum dixisset; pacem habete statim intulit et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Pacem et reconciliationem obtinemus erga deum per penitentiam et bonam actionem. et erga proximum per dilectionem. Sed huic paci addenda est sanctimonia continentie sine qua nemo videbit deum. Ad cumulum vero decoris subnectitur magnificentia perseverantie. Qui perseveraverit hic salvus erit. Non enim magnum est bonum opus inchoare nisi et perficias. Denique perseverare magnificum est et magnum efficit. et ad magnificentiam glorie perducit. Ad illam magnificentiam de qua dicit apostolus. Quos enim predestinavit illos et vocavit. et quos vocavit illos et iustificavit. et quos iustificavit illos et magnificavit. Decor itaque vite in sapientia est. sic turpitudo vite in insipientia. Sunt et vincula insipientie alligatura letalis. Vincula insipientie. iiii. sunt. Carnis voluptas. mundi cupiditas. cordis iniquitas. vana securitas. Hec sunt vincula que vinciunt insipientes. Hec vincula forte sunt. iiii. quaterniones herodis qui petrum vinculatum tenent et observant. Et quidem iuxta litteram verum est quod herodes agrippa cum occidisset iacobum fratrem iohannis gladio. videns quia placeret iudeis: apposuit ut apprehenderet et petrum. et vinctum catenis duabus tradidit. iiii. quaternionibus custodiendum. et misit dominus angelum suum. et inde beatum apostolum liberavit. de cuius liberatione hodieque sollempnizat ecclesia. Ceterum hec petri incarceratio et liberatio

xpiane uite e instructio. 7 figuraliter
accipi pot. Herodes eni qui interpretat
pelliceus significat diabolu qui pro late-
bras duplicitatis. Dr aut pelliceus uel
a pellicio pellicis. i. fallo fallis. ut a
pellib; qr ursipellis e 7 dolosus. Vnde 7
dns cum de herode loqueretur dixit. Ite
7 dicite uulpi illi. s. doloso illi. ursi
pelli illi. Vl pelliceus dr a pellib; in
quib; habitat. n a pellib; rubricatis
p martyriu. ut iacinctinis p celeste
desideriu. s; a pellib; terrenis. de quib;
dicit abacuch. Pro iniquitate uidi ten-
toria ethiopie. turbabunt pelles ter-
re madian. Pelles dicunt gentes 7 qq;
iniqui homines. Pelles a uita p peccm
diuise. tre. i. terrenis opib; dedite. In
his pellib; qi in tentoriis suis habitant
ethiopes. i. demones nigri p malicia.
Videt g. ppha. i. pphico spu intelligit
tentoria ethiopie. i. pelles terre turba-
ri p iniquitate madian. i. iudicio qd
in pdicatione aplorum factu e. Cum eni
suppmu eis iudiciu pdicarent concusse
sunt gentes 7 comote ad penitentiam.
Iuxta illud qd p ppham ad dnm dr. Illu-
minans tu mirabilit a montib; eternis
.i. aplis turbati sunt omis insipientes
corde. Hic g. herodes petru. s. quelib;
fidelem suggestionu blanditiis abstrac-
tu 7 illectu uincit in compedes in carcere 7
.iiii. quaternionib; militu. iiii. s. pdic-
tis pestib; tradit obseruandu. Due com-
pedes que peccatorem uinciunt sunt igno-
rantia 7 error. Ignorantia e n cognos-
cere ueritate. error e seq falsitatem.

Ignorantia multiplex e. Ignorantia
dei. ignorantia sui. igno. mundi. igno.
inferni. Est g. ignorantia diuine dul-
cedinis. igno. diuine rectitudinis. ig-
no. diuine magnitudinis. igno. diuini
acuminis. i. sapientie qd nichil eum
latet. Si eni diuina dulcedine. recti-
tudine. potentia. sapientia. peccator in-
telligeret. a malo utiq; declinaret.
Ignorat g. dm. ignorat 7 seipsm. igno-
rat sua preterita. sua psentia. sua no-
uissima. Vtina saperet dicit moyses
7 intelligeret ac nouissima puideret.
Vtina saper dignitate sue coditionis.
utina intelliger uanitate cotidiane
corruptionis. utina puider diuersita-
te que contingere pot consumationis.
Vita eni hominis diuersas facit nouis-
simorum consumationes. Si fuit bona
ducit ad glam. Si mala fuit ducit ad
supplicia. Ignorat 7 mundu. ignorat
mundi uanitate. breuitate. falsita-
tem. uanitate defectionis. breuitate
delectationis. falsitate pmissionis.
Ignorat 7 infernu. ignorat suppli-
ciorum imanitate. uarietate. diuturni-
tate. Ecce prior cathena ignorantia.
Secda e error. Est aut error multiplex.
error inuicie. error iudicie. dum
quis dicit bonu malu. 7 malu bonu.
du ponit luce tenebras. 7 tenebras
luce. du ponit amaru in dulce. et
dulce in amaru. 7 sub sentib; ee de-
licias putat. Errat 7 inscientiis 7
officiis. du quis inscientiis inanib;.
ut officiis inutilib; tempus suu con-

terit. que magis forte obsunt quam
prosint. offeruntur quam proficiant. De igno-
rantia autem labitur peccator in errorem. de er-
rore in carnis uoluptatem. de carnis
uoluptate in mundi cupiditatem. de mun-
di cupiditate in cordis iniquitatem. de
cordis iniquitate in uanam securitatem.
De ignorantia uenitur in errorem. quia qui
ignorat ueritatem proprium est ut sequatur fal-
sitatem. Voluptas autem carnis errantem
suscipit. susceptum decipit. Voluptas
autem carnis cupiditatem mundi parit.
Voluptas quippe enim eget habundantia.
Vt enim de una carnis uoluptate loquitur
sine cerere et bacho friget uenus. Qui
ergo carnis uoluptati cupit adherere ne-
cesse est ut querat unde possit eas copio-
sius adimplere. Cupit ergo ea que mundi
sunt et ambit. et aspirat ad honores et
possessiones et diuitias. De mundi cupi-
ditate transitur in cordis iniquitatem.
teste enim apostolo. Qui cupiunt diuites fi-
eri incidunt in laqueos et temptationes
diaboli. Inde inuidie. ire. rixe. conten-
tiones. et dissensiones. Ex cordis iniqui-
tate oritur plerumque uana securitas. Ex
iniquitate siquidem durescit cor. et ob-
tenebratur. et inde in uanam securitatem
labitur. et fit stupidum membrum. dissimu-
lans aut non attendens peccata sua.
His compedibus uinctus ignorantia. scilicet
et errore dormit petrus. dormit
peccator inter. iiii.or predictas pestes. quasi
inter quaterniones. iiii.or. Ceterum si mise-
rit dominus angelum suum qui petrum
liberet rumpuntur compedes nec

excitantur quaterniones. Angelus qui ad
peccatores liberandos mittitur angelus mag-
ni consilii est. qui uere liberat. sicut legitur.
Si uos filius liberauerit. uere liberi eritis.
De hoc angelo dicit heliu buzites ad bea-
tum iob cum de homine lapso loqueretur.
Si fuerit pro eo angelus loquens unum de mi-
libus ut annuntiet hominis equitatem.
miserebitur eius et dicet. inueni in quo
propitier ei. restituatur ad dies adolescentie
sue. Angelus ergo magni consilii dominus scilicet ihesus christus
ueniens ad cor peccatoris accendit et illu-
minat. Accendit deuotione. illuminat
cognitione. et compedibus ignorantie et er-
roris solutis a quatuor quaternionibus. a
.iiii.or. scilicet uiciorum pestibus. a. iiii.or. uin-
culis insipientie liberat peccatorem. et a
uinculis insipientie educit eum in uin-
cula sapientie. Vincula sapientie. iiii.or. sunt
Vinculum rationis. uinculum professionis.
uinculum dilectionis. uinculum contemplationis.
Ruptis ergo uinculis insipientie carnis. scilicet
uoluptate. mundi cupiditate. cordis
iniquitate. et uana securitate. educit
dominus ihesus penitentem in primum uinculum
sapientie. in uinculum. scilicet rationis. Incipit
enim aput se rationabiliter iudicare et dis-
cernere mala in quibus iacuit et quasi secum
tractat et dicit. Hec et illa commisi. ego qui
ceteris animalibus ratione prelatus sum qui
ad imaginem et similitudinem dei factus
sum. a quo sapientia et intellectu insig-
nitus sum. Illa crudelitas quam feci non
fuit hominis sed tygridis. illa superbia
non fuit hominis sed leonis. illa fraus non
fuit hominis sed uulpis. illa feditas non

fiut homines sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Vere cum in honore essem non intellexi. comparatus sum iumentis insipientibus et similis factus sum illis. ymaginem dei in me deformaui. et ymagines bestiarum in me assumpsi. quas ymagines dominus in ciuitate sua ad nichilum rediget. De uinculo rationis transitur ad uinculum professionis. dicit clericus. Professus sum castitatem. illud et illud feci quod nec laicus facere debet. Ego cuius pars dominus et qui assumptus sum in partem domini cum his ut illis in quibus dominus pars mea esse non potest. nec habebit in me partem deus desuper et omnipotens de excelsis. Teneo itaque teneor uota mea que distinxerunt labia mea. que coram deo et sanctis reliquiis qui sub iuramento me seruaturum promisi. Scriptum est. Vouete et reddite. Non recte immolat sacrificium laudis qui non reddit altissimo uota sua. Forte est uinculum et primo fortius uinculum istud professionis. Sed fortissimum est uinculum tercium. uinculum scilicet dilectionis. quod enim nec ratio nec professio cohibere possunt. cohibet plerumque dilectio. fortis est enim ut mors dilectio. Aque multe non poterunt extinguere caritatem. lampades eius. lampades ignis atque flammarum. Accedit et ad quartum uinculum sapientie. ad uinculum scilicet contemplationis. De dilectione ad contemplationem ascenditur. Quod enim diligimus sepe cogitamus. Dulce siquidem est ad meditandum. quod dulce est ad diligendum. Quod autem meditamur intente contemplamur. De dilectione igitur ad meditationem. de meditatione ad contemplationem ascenditur. in qua contemplatione mens diligentis raptim et quasi sub transitu quicquid prelibat et pregustat interne et eterne iocunditatis dulcedinem; et arram spe accipit. Et hoc contemplationis uinculum fortissime cohibet hominem a malo et confirmat in bono. Postquam gustauit quoniam suauis est dominus. Vnde et beatus petrus ad quosdam ait. Si tamen gustastis quoniam suauis est dominus et propheta. Gustate et uidete quoniam suauis est dominus. Hec sunt .iiii. uincula sapientie ad que a uinculis insipientie peccator euadit. Porro difficilis est iste transitus. impedimenta grauia obsistunt. Obstat prima custodia. obstat et secunda. Prima custodia preteritarum uoluptatum recordatio. secunda repentina temptatio. Volenti igitur manus herodis effugere. obsistit prima custodia. occurrunt ei et animo eius importune se ingerunt assuete uoluptates. Dicit igitur et qui consulendo suggerit uoluptatum memoria. quomodo potes possessiones tuas et predia. aurum et argentum relinquere? uestes preciosas. lautiores epulas. equos superbos deserere. his et illis uoluptatibus carere? Sed difficile nimis est a sericis ad sagum. a lineis ad saccum. a plumis ad stramentum. a luxu ad continentiam. a uino ad aquam. a copia ad inopiam. a diuitiis ad penuriam. a deliciis ad inediam. a libertate ad custodiam. ab imperio ad obedientiam. transire. Qui nunc dominus es. eris seruus. qui prees. eris subiectus. qui liber es. eris uinctus. Grauis utique et ad transeundum difficilis custodia hec. Transit tamen hanc angelus qui carceratum educit.

Quasi tam̄ ex insidiis obsistit sedata cu
stodia repentina temptatio. In uia hac
qua ambulabam absconderūt superbi la
queū m̄ dicit ꝓpha. Postq̄m enī uir fi
delis aliq̄ndiu ut forte diuti^s deo seruii
uit 7 n̄ parum in religione ꝓfecit. cū
iam nullas suspicat^r insidias securus 7
ut uidet^r sibi in sc̄o ↄfirmat^r ꝓposito. re
pente ex insidiis ꝓsilit adu^ersarius 7 dis
simulatas opponit tendiculas tempta
tionū. Securus ille qui iam sibi nichil
omnino timebat. qui paulo ante c̄ecū
paulo ↄu^rsabat^r in celo. dolens 7 inuit^e
cogitationū uolutatur in ceno. O dolē
da ↄditio. q^d uenit e^t sūmo sūma ruina
gradu. Hoc aūt in electis sepe ↄtingit
ex dn̄i ꝑmissione ad utilitatē eoꝝ 7 hu
militatis custodiā. Sunt enī qui ex di
donis se extollūt. Sūt 7 qui extolli pos
sūt. Vtrosq; d̄s temptari ꝑmittit. illos
ut se cognoscant. 7 a p̄sumptione rece
dant: istos ne superbiant. De se p̄sume
bat qui dixit. Ego dixi in ha. m. n̄. m. i
et̄num. S; subita temptatione sedat^r ad
cognitionem sui reuitit^r 7 quid sibi. q^d
deo attribuere debeat. infirmitatē. s.
sibi. deo uirtutē ↄfitet^r dicens. Dn̄e in
uoluntate. t. p̄. d. m. u. Auert[i]sti. f. t. a.
.m. 7. f. s. ↄon. Extolli poterat beatus
paulus. 7 ideo ad humilitatis custodiā
angl̄s sathane illū uexabat. sicut ipse
testat^r. Ne magnitudo reuelationum
extollat me dat^s e^t m̄ stimulus carnis
mee angl̄s sathane. qui me colaphy
zet. ꝓpt^r q^d. t̄. d. r. ut. d. a. m. 7 dixit
m̄. d. p. s. t^i. g. m. Nam uirt^s in infir
mitate ꝑficit^r. Electos g^o temptari ꝑ
mittit dn̄s. ut infirmitates suas cogno
scant. sicut habes in psalmo. dixit. i. ꝑ
misit 7 stetit sp̄c ꝓcelle. 7 exaltati sunt
fluct^s eius. Ascendūt usq;. ad. c. 7. d. us.
ad. a. a. e. i. m. t. Multe g^o tribulatio
nes iustoꝝ. multe temptationes. s; de
omib; his libabit eos dn̄s. Nouit dn̄s iu
stos de temptatione eripe. 7 beat^s paulus
ad quosdā. fidelis d̄s qui n̄ ꝑmittet uos
tēptari sup^a id q^d potestis. s; faciet 7 cum
temptatione ꝓuentū ut possitis sustin̄e.
Transit g^o petrus hanc sedatam custodiam.
impetū. s. temptationis. Restat tamen
adhuc porta ferrea carnis 7 anime disso
lutio. Porta ferrea dura 7 grauis. s; du
cit ad ciuitatē. nichil enī magis ab a
more sc̄li reuocat. nichil ad amorem
sup̄ne ciuitatis magis inuitat q̄m me
moria mortis. q̄m cogitatio cotidianoꝝ
defectuū nr̄oꝝ. ducit ad ciuitatē porta
hec. q^a n^i ipa apiat^r. n̄ a carne separet^r
anima: nemo ciuitatē celestē pot intra
re: vn̄ apl̄s. Si dom^s t̄restris habitatio^is
hui^s dissoluat^r. habem^s domū n̄ manufac
tam et̄nam in celis. Hec enī dicens dedit
i̅telligi. n^i ꝑ portā mortis n̄ posse ꝑueniri
ad ciuitā. S; porta hec ferrea e^t 7 dura. ama
rus e^t transit^s. h^t sel. Q^d dn̄s ostende uo
lens ait. Tristis e^t anima mea usq; ad mor
tē. 7 apl̄s. Qui in hoc tabnacl̄o sum^s inge
miscim^s grauati eo q^d nolum^s expoliari
s; sup uestiri. ut absorbeat^r q^d mortale e^t
a uita. Cū difficultate 7 amaritudine
transit^r porta hec. Porro felix necessitas
que ad meliora ꝑducit. Felix infirmitas

que ad immortalitatem uiam sternit. Per hanc enim peruenitur ad quintum sapientie uinculum quod est dulcedo glorie. Dulcedinem autem glorie uinculum uoco, quia suauitas illa, iocunditas illa sic astringet et uinciet hominem et totum sibi uindicabit, ut nil alienum ab illa dulcedine cogitare possit. Regem in decore suo uidebunt oculi eius, et hec uisio uita erit eterna. Ad quam nos perducere dignetur Ihesus Christus dominus noster, iudex noster, aduocatus noster. Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Item aduincula.

Quis nouit potestatem ire tue domine, aut pre timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac et compeditos corde in sapientia. Omnibus uere sapientibus domini mei et fratres familiare est et frequens omnipotentis considerare maiestatem et ad considerationem magnitudinis eius in ipsius reuerentiam et amorem assurgere, calcare temporalia, eterna appetere, eligere abici in domo dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, malle affligi temporaliter quam puniri in perpetuum. Quia ergo iuxta Salomonem stultorum infinitus est numerus, et iuxta philosophos, qui stultus est dicitur unus ex multis, et qui sapiens est unus est ex paucis, propheta Dauid cum interrogatione dicit ad dominum: Quis nouit potestatem ire tue domine? Quis enim quando interrogantis ponitur paucitatem rerum uel difficultatem insinuat. Dicit ergo: Quis nouit potestatem ire tue domine, quasi dicat pauci sunt qui nouerunt, pauci sunt qui se nosse operibus ostendant. Alioquin intellectus non est bonus nisi facientibus eum. Potestas hominis est alium hominem affligere, incarcerare, sicut Herodi data est potestas ut beatum apostolum incarceraret uel tandem corpus occidere. In animam uero nil potest. Potestas autem ire dei est et corpus et animam mittere in gehennam. Hanc potestatem, hanc uirtutem, hanc maioritatem ire dei sapientes attendunt, et iram eius dinumerant, id est distinguunt. Iram dei distinguunt, quia quibusdam electis scilicet ad modicum et in breui indignatur et irascitur ut purgatos in eternum coronet. Aliis uidelicet reprobis uero irascens parcit, et eos in uia sua prosperari sinit, ut illos in eternum puniat et dampnet. Hec uere magna ira dei est. Hanc iram pauci distinguunt pre timore, id est pre timore eius. Ad hoc scilicet ut timeant eum uel pauci nouerunt dinumerare hanc iram pre timore eius iuxta congruentiam timoris et reuerentie qua dignus est ipse in cuius manus incidere horrendum est. Ceterum sancti et religiosi uiri hanc ire dei potestatem considerant, et iram eius distinguentes magis eligunt hic affligi quam in futuro uel corripi. Inde est quod idem propheta Dauid in persona conuersi clamat ad dominum: Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. Quasi diceret hic seca, hic ure, hic ignem appone et cauterium, tantum ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. In futuro uidelicet examine, quando sine furore sine ira irascens in aduersarios uindicabit, illos percutiens plaga incurabili et eterna. Furor autem dei uel ira quod idem est non est mentis perturbatio. In deum enim qui cum tranquillitate iudicat perturbatio cadere non potest. Sed humana

similitudine dr̄ irasci cum uindicat. q
homines sine ira uindictā exercere n̄
possunt. Eligunt q̄ sapientes hic humi
liari sub potenti manu dei ut eos exal
tet in tempore tribulationis. hec medi
tantur. hec attendunt. hec desiderant. hec
proponunt. ₇ sic per has meditationes ₇ ta
le propositū d̄s dexteram suā .i. eternam
felicitatem. quando agni ad dexterā sta
tuentur notam facit illis ad eā ipsos
perducendo. Qd̄ orando affirmat propheta
dicens dexteram tuā sic notā fac. Sic
₇ dexterā suā .i. xp̄m notū fecit. qui
in paupertate quā elegit ₇ in passionib;
suis quas sponte suscepit. eligenda po
tius que n̄ uidentur quam que uidentur ostendit.
₇ sic facit notos compeditos corde in sa
pientia. Quando uideris aliquē qui propter
dm̄ temporalia contempnit. mondaneas cō
solationes renuit. carnē suā quantum per
mittit ualitudo cū uiciis ₇ concupiscen
tiis crucifigit. ieiuniis ₇ abstinentia
domat. negotiis secularib; se sponte n̄
implicat. psalmis. orationib; lectioni
b; ₇ ceteris religiosis exerciciis uacat:
noscere potes quia compeditus sit corde
insapientia. Per hec enī studia noti fi
unt compediti ut eruditi sicut habet
nr̄a translatio qd̄ idem est. Qui hic e
ruditi sunt corde in sapientia uolunt
compediri inicientes pedes suos in
cōpedes preceptorum dei ne a uia uerita
tis exhorbitent. Nec superfluit qd̄ dicit
cōpediti corde ₇ addit in sapiā. Alii
quidē cōpediuntur corde. alii cōpediun
tur corpore. ₇ eorum qui compediuntur cor
de. alii compediuntur corde in sapientia
alii in insipientia. Compediti sunt corpore
qui infra claustrorum ambitū solo cōpe
diuntur corpore. contenti foris inire ₇ desi
deriis uacantes. terrena negotia ₇ conso la
tiones transitorias inuerecunde ₇ instā
ter ambientes. Porro eorum qui cōpediti
sunt corde. quidā compediti sunt in insipiē
tia. illi .s. qui cor impeditū hn̄t uincu
lis cōcupiscentiarum carnaliū. Illi uero com
pediti sunt corde in sapiā quos uinculis
₇ cōpedib; suis sapientia coheret ne a
recto tramite deuient. Sunt enī uincla
insipientie. sunt ₇ uinclā sapiē. Vinclā
insipientie .iiii. sunt. uinclm̄ iniquitatis.
uinclm̄ uanitatis. uinclm̄ cupiditatis.
uinclm̄ necessitatis. Sunt ₇ uinclā sa
pientie .iiii. Propositū seueritatis. abiectio
terrene facultatis. abdicatio proprie uolun
tatis. ₇ quantum qd̄ ad futurā uitā spec
tat dulcedo eterne iocunditatis. Qui ui
culis insipiē ligatus est a uinclis sapiē
lib est. ₇ qui uinclis sapiē compeditur: a
uinclis insipiē solutus est sicut beatus apls
ad quosdā ait. Dum enī serui essetis pec
cati. liberi fuistis iusticie. Liberati autem
a peccō. serui aut̄ facti deo. habetis nūc
fructū urm̄ in scificatione. finē uero uitā
eternam. Vinclā insipiē disrumpenda sunt.
In uinclā sapiē pedes iniciendi sunt. Filius
sirach ihc qui salutatorie nomine prefigu
rauit. ₇ teste ieronimo salomonē tam
librorum numero quam scribendi caractere
coequauit. loquens ad filiū suū. ₇ qd̄ illi
dicit omnib; dicens. Fili ait inice pedes
tuos in compedes dn̄i. ₇ ne accidieris

uinculis illius. et paulo infra cum de sapientia loqueretur. decor autem uite est in illa. et uincula illius alligatura salutaris. In hec sapientie uincula in alligaturam salutarem pedes uestros conicitis dilectissimi mei et fratres. Utinam non disrumpatis ea. Sunt enim qui sapientie uincula disrumpunt. Iugum domini suaue frangunt sicut de quibus dam per prophetam dicitur. fregerunt iugum. ruperunt uincula. Et in psalmo. induciunt quidam inperfecti dicentes. disrumpamus uincula eorum. christi scilicet. et suorum sequacium. proiciamus a nobis iugum ipsorum. Debitis sapientie uinclis proposuimus loqui. Sed quia uetus homo prius conditus est deinde nouus. et esau prius editus est quam iacob. et agar prius peperit quam sarra. et caro prius fert fructus suos quam spiritus. quia prius quod animale. deinde quod spiritale. a uinclis insipientie inchoandum est. ab illis enim exeundum est. illi qui se sapientie uinclis alligare uoluit. Prius enim est declinare a malo quam facere bonum. In principio igitur conuersionis optanti iniquitatis uinclum abrumpendum est. et quidem omnis iniquitas amputanda. Sed quia sine iniquitate esse non possumus si iniquitatem iuxta largiorem significationem accipimus qualiter beatus iohannes in epistola canonica dicit omne peccatum iniquitas. et propheta conuersus ad dominum. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. saltem illam omnino debemus amputare iniquitatem que in zacharia sedet super talentum plumbi. Que ponderosa et grauis demergit inferius. iniquitatem scilicet criminalis peccati. Illius iniquitatis uincula prorsus disrumpenda sunt. Porro multiplex est iniquitas criminalis. Manifesta sunt iuxta apostolum opera carnis. que sunt fornicatio. inmundicia. auaricia. ire. rixe. contentiones. dissensiones. homicidia. furta. rapine. ueneficia. commessationes. ebrietates. et cetera in hunc modum. que teste apostolo qui faciunt legem dei non consequuntur. Hec iniquitatis uincula. hos peccatorum funes. quibus peccatores complexi sunt quisquis dei faciem desiderat uidere necesse est ut abrumpat. exhorrendo. confitendo. et condignos penitentie fructus exhibendo. Hec sunt uincula a quibus beatus petrus spiritaliter liberatus est. Et quidem uerum est sicut lucas fidelis medicus cuius laus in euangelio canitur in actibus apostolorum memorat quod herodes agrippa filius aristoboli beatum petrum in carcerem miserit. et quatuor quaternionibus militum seruandum tradiderit. et inde per angelum liberatus sit. Sed quoniam non tantum uerba et opera apostolorum scilicet et quicquid per eos uel de eis factum fuit. totum forma fuit et instructio uite christiane. beati petri incarceratio et liberatio figuraliter intelligi potest. Herodes interpretatur pelliceus et designat diabolum propter latebras duplicitatis. uel quia in pellibus habitat. non in pellibus rubricatis uel iacinctinis. Rubricatis per martyrium. iacinctinis per celeste desiderium. que congruebant ad opus tabernaculi domini. sed in pellibus terrenis in cordibus. scilicet operibus mortuis et terrenis incumbentibus. De quibus pellibus per abacuch dicitur. Pro iniquitate uidi tentoria ethyopie. turbabuntur pelles terre madian. Vidi autem prophetico spiritu intellexi tentoria ethiopie. corda gentium in quibus demones gens tenebrarum

nigra p malitiam. q̄ multes inten torijs habitant. Que gentes sunt pelles p peccatum. a uita diuise. ire. t tremens operib; dedite turbabunt a iniquitate madian .i. in iudicio q̄d ex predicatione aplor factum e. Cum enim gentib; q̄ ignorabant dnm. supp̄mum iudicium apli p̄dicarent. concusse sunt gentes in tres eor & salubri motu pturbate. A timore dni conceperunt & pepererunt spm salutis. Conuenienter g̃ herodes designat diabolum qui 7 uersipellis. & de huiusmodi pellib; construit tabnaclm suum. Hic g̃ herodes petrum quelibet hominem fidelem suggestionum & delectationum illecebris attractum & illectum in uincla peccator conicit & ne de uinclis illis exire ualeat. iiii. quatnionib; seruandum trad. quatuor quaternione qui hominem in uinclis iniquitatis & mortis detinent sunt .iiii. animi affectiones notissime de quib; p boetium dr. gaudia pelle pelle timore spemq; fugato neu dolor assit. nubila mens e uinctaq; frenis. hec ubi regnant. Et de quib; in .vi. en. doctissim poetar ait. hij cupiunt. metuuntq; dolent gaudentq; nec auras respiciunt clausi tenebris & carcere ceco. Vl certe quatuor quaternione sunt .iiii. illa uicia que iohel figuratiue describit ubi dicit. Residuum eruce comedit locusta. & residuum locuste comedit brucus. & residuum bruci comedit rubigo. sicut beatus dicit. gg. p erucam que toto corpore repit & uermis e fetid & breuis & fragilis designat luxuria. res iuxta phylosophum fragilis & breuis & turpium membror ministerio ueniens. Locusta q̄ breues dat saltus inanem designat glam cui elatio cito deficit. Brucus qui tot e in gutture insinuat castrimargiam que gule seruit. Rubigo que ferrum consumit ira designat ut inuidiam q̄ in tem sensum corrodit. Contingit aut plerumq; ut quelib3 qui a uinclis iniquitatis liberari desiderat. iiii. quatniones custodiant ne possit euadere. Inuicem enim sibi succedentia ope uicaria detinent fugientem. Euenit siquidem ut aliquis q̄ iam luxurie detestatur feditatem n de luxuria transeat ad uirtutes s; eum uinciat inanis glie tumor. Considerans enim q iam luxurie n deseruiat q̄ in sola continentia sit summa uirtutum putat se aliquid ee cum nichil sit & inaniter elatus apud se gloriatur. Residuum g̃ eruce comedit locusta. q illud quod luxuria iam reliquerat inanis gla consumit. Si aut diuturno edoctus exercitio latentem elationem dephendit. & humilitatis muniens clipeo hanc partem cum luxuria subiugauit. eo iam licitis licentius uti se posse iudicat. quo se reputat sanctiorem. Comedens g̃ & bibens securi solito sensim in castrimargie uicium labitur. Sicq; fit ut locuste residuum comederit brucus. q castrimargie ingluuies in tem uastat. a qua inanis gla prius recesserat. Si aut forte reuisus ad cor retractat illud apli. esca uentri & uenter escis. ds aut & hunc & has de-

struet. et illud quod dicit quia uenter quorundam deus est. eo uehementius ad abstinentiam se conterit. quo se uentri suo propensius deseruisse cogitat. Fit tamen quandoque ut uiciorum dominatum nec sic euadat. attendens enim se continentie decore preditum. humilitatis grauitate roboratum. abstinentie uirtute insignitum. eo districtius ceteros iudicat quo se purgatiorem putat. Habens igitur zelum sed non secundum scientiam et modum rectitudinis in zelando non seruans. et ignorans quod monet apostolus preoccupatum in aliquo delicto corripere in spiritu lenitatis. iusto acrius peccantibus indignatur. Ire igitur uicio deseruit. qui cetera struxisse uicia uidebatur. Sicque fit ut residuum brucci comedat rubigo. quia cor illud inuadit iracundia quod se castrimargie uicium euasisse gloriabatur. Hec itaque .iiii. uicia quasi quaterniones .iiii.or fidelem a uinculis iniquitatis exire conantem. seruant et prepediunt ope mutua suffragantia sibi. Ceterum uir fidelis hec euadere poterit si ab iniquitate in uirtutem resiliens in primum sapientie uinculum in propositum scilicet sanctitatis pedes suos constanter iniecerit. Propositum autem sanctitatis in .iiii.or maxime constat. In continentia. humilitate. abstinentia. mansuetudine. Continentia arcet luxuriam. humilitas inanem gloriam. abstinentia castrimargiam. mansuetudo iracundiam. Porro .iiii. quaternionibus iam transitis occurrit prima custodia. Postquam enim fidelis ad propositum sanctitatis ascendit. non statim tamen seculum relinquit. Obsistit enim prima custodia. uinculum scilicet uanitatis.

obtentu consulendi se palliant et dicit. Prudentius est tamen ardua non proponere quam proposita non custodire. Melius est non uouere quam uota non reddere. Tucius est perfectionem non polliceri quam a pollicita resilire. Loth peccauit in monte qui in ciuitate paruula saluari poterat. Non solum illi qui in monasteriis sunt saluantur. Multi in seculo coniugaliter manentes deo placuerunt. Nec iob iustior. nec abraham religiosior. nec dauid esse sanctior potest. qui singuli possederunt magna. Securius est saluari in preceptis quam periclitari in consiliis. Concessum est tibi ut si castitatem non uoueris uxorem ducas. ut predia facultatesque possideas unde etiam pauperes possis sustentare. His allegationibus persuadet sibi remanere in seculo. compeditus adhuc uinculo uanitatis. Uniuersa enim temporalia que illum retinent subiacent uanitati. Uapor sunt ad modicum parens. nil est in eis nisi uanitas et afflictio spiritus. Ceterum si uite sanctioris celsitudinem subtilius pensans ad illud euangelicum mentem miserit quod adolescenti qui precepta legis a iuuentute sua seruauerat dominus dixit. Si uis perfectus esse uade uende omnia que habes et da pauperibus et ueni sequere me. et illud. Qui non abrenuntiauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. ad consilia transiens uinculum uanitatis incidit et secundo sapientie uinculo se abstringit. que est abiectio proprie facultatis. Necdum tamen penitus liber est. obstat secunda custodia que est uinculum cupiditatis. et si enim

exteriores

exteriores facultates reliquerit non
tamen interiores cupiditates radicitus am
putauit que nimirum illum irritant et affli
gunt. Licet sua abnegauerit: non tamen
abnegauit se ipsum. nec christum sequitur.
spiritualium uirorum arbitrio non dum se commit
tens. Sed necesse est si uult perfectus esse ut
non solum uendat sua et det pauperibus; sed etiam
sequatur christum abdicando suam uoluntatem
sicut et ille abdicauit. Necesse est si uincu
lum cupiditatis omnino uult incidere:
ut aliquem spiritualem patrem eligat cuius
dispositioni se totum committat. cui quod
dominus patri dixit et ipse dicat. Non quod ego
uolo fiat pater sed quod tu uis. et sic uinciat
pedes suos in tertium sapientie uinculum
in abdicatione scilicet proprie uoluntatis hec est
professio perfectionis. hec est perfectio mona
chorum et regularium. Hanc perfectionem con
fitentur religiosi qui et sua et se deseren
tes et postponentes uoluntates proprias
nec presumentes se sibi credere intran
tes monasteria spiritualium patrum uoluntati
et arbitrio se regendos committunt. Qui
ergo postquam intrauit monasterium sensu
suo uult uiuere. et uoluntates suas
nititur adimplere: non bene considerat quod
professus est. non bene recolit ad quod uenit:
et congrue potest ei dici. Amice ad quid
uenisti non habens uestem nuptialem?
Hec est enim in monasterio uestis nuptia
lis uoluntatem suam abdicare. ex sententia
prelatorum pendere. eis in omnibus que
contra deum non sunt obedire. Qui hanc nup
tialem uestem non habet in uanum mona
sterium intrat. Sine ueste hac parum
ieiunia ut uigilie. parum orationes
ut abstinentie. parum censura silentii.
parum diligentia proderit lectionis. parum
etiam prodest si corpus suum tradat quis ita ut ar
deat. Melior est enim teste salomone obe
dientia quam stultorum uictime. qui nesciunt
quid faciant mali. Et samuel. Melior est
obedientia quam uictime: et auscultare ma
gis quam offerre holocausta pinguium. Quasi
enim genus ariolandi est repugnare: et scelus
ydolatrie non adquiescere. Tertium ergo sapien
tie uinculum est abdicatio proprie uoluntatis. Quis
quis autem disruptis tribus que premisimus insi
pientie uinculis hoc sapientie uinculo
et duobus que precedunt se diligenter astrin
xerit: magna ex parte liber est. De hac
libertate ad beatum iob a domino dicitur. Quis di
misit onagrum liberum et uincula eius quis
soluit. Onager enim qui moratur in soli
tudine et iugum ut uincula pati non solet
uirum religiosum demonstrat. qui relic
tis turbis secum habitans. seposito cu
rarum secularium tumultuoso strepitu edi
ficat sibi solitudinem in qua manet. non
deserens utique contubernia hominum sed edifi
cans in corde suo spiritualem heremum. in
quem assumptis contemplationis pennis
uolat et requiescit. et dicere potest cum propheta.
Ecce elongaui fugiens. et mansi in solitu
dine. Et quidem magna libertas iugo uiciorum
non premi. negotiis secularibus non implicari.
angelorum gaudia et uitam beatam libera mente
cogitare. desiderare. contemplari. Sed hanc
libertatem animi nullus assequitur nisi cui
datum fuerit desuper. Dicat ergo dominus. Quis
dimisit onagrum liberum? quis a uiciorum

uigo religiosum uirum liberauit. & uincla cupiditatis eius disrupit? quis diceret nisi ego? Magna ex parte liber est quem dominus sic liberat. Non tamen omnino liber est donec abruperit quartum uinculum. uinculum scilicet necessitatis. quod utique rumpi non potest quamdiu mortali carne circumdamur. Quamdiu enim sumus in mortali corpore & peregrinamur a domino necesse est prouidere corpori & cotidianas eius fulcire ruinas & necessitates supplere. De his necessitatibus optabat liberari qui querula uoce clamabat ad dominum. De necessitatibus meis erue me. Vehementer uincit nos & implicat uinculum hoc necessitatis & quamdiu premimur a mortali uita ab hoc liberari non possumus & sub hoc uinculo necessitatis se plerumque latenter ingerit & subrepit uicium uoluptatis. Hoc necessitatis uinculum porta ferrea est que ducit ad ciuitatem. porta ferrea dura porta dura & grauis sed ad ciuitatem ducit. Nichil enim est quod rectius uel compendiosius nobis uiam ostendat ad ciuitatem supernam quam multiplex nostra necessitas. Quippe si diligenter consideremus quantas & quam assiduas necessitates necessario sustineamus quamdiu sumus in corpore. ducimur ad ciuitatem qua docemur & erudimur & ductu rationis dirigimur ad illam totis desideriis tende- ciuitatem in qua nulla prorsus necessitas erit sed ubertas plena & consummata libertas. Ducit & ad ciuitatem porta hec que nisi aperiatur. non uinculum necessitatis dissoluatur. quod fit in morte ad supernam ciuitatem perueniri non potest. Nisi enim domus terrestris huius habitationis nostre prius dissoluatur domum non manufactam eternam in celis habere non ualemus. Sed huius apertio porte huius domus dissolutio ferrea est dura & grauis. amarus est transitus & habet fel. Ideo iuxta beatum apostolum qui in hoc tabernaculo sumus ingemiscimus grauati eo quod nolumus expoliari sed superuestiri ut absorbeatur quod mortale est a uita. Ceterum necessitatis uinculo per mortem disrupto & per portam ferream transitu facto ut de dampnandis sileam qui uinculo insipientie quinto uinculo scilicet eterne dampnationis non inde absoluendi compediuntur. electi quarto sapientie uinculo colligantur dulcedine uidelicet eterne iocunditatis. Nec mirentur si dulcedinem illam uoco uinculum. non fit hoc ab re. Ipsa enim electorum affectus ita ligabit ita astringet abligatura salutari quod nil aliud optare nil aliud uelle poterunt nisi felicitatem cuius fruuntur deliciis in omni affluentia. Quisquis enim ad hanc absolutam et plenissimam libertatem transgressa porta ferrea peruenire potuit. ueraciter cum petro potuit dicere. Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum & e. de m. he. & d. o. e. p. iudeorum. Dum enim quisque uiuit hac uita mortali quantumcumque uicia subiugauerit. quantamcumque mentis libertatem assecutus erit nondum scit uere si de manu herodis & de omni expectatione plebis iudeorum liberatus est. Nondum scit si dignus amore an odio utrum sit de predestinatis ad uitam. an de prescitis ad mortem. nondum uere scit de utrum generatione illa sit celesti que non peccat.

.i. ñ ꝑmanet in peccõ. Gnationem enĩ illã quis ennarrabit. q̃s distinguet. q̃s discernet. q̃ndiu qui uidet̃ granum palea. 7 qui uidr̃ palea granũ fieri pot̃. q̃ndiu tã bon⁹ ꝑuerti ualet. q̃m ꝑuer sus 9uti. sepe uideni⁹ desꝑatissimos in extremis 9uerti 7 in 9fessione scã mori. 7 eẽ omniũ ore laudatos q̃ scissimi cre debant̃ in extremis desipere. 7 q̃ in spũ ceꝑant, carne 9sũmari. Ideo dic̃ scrip tura. Ne laudaueris hominẽ in uita su a. Beat⁹ apls qui usq; ad t̃tium celum rapt⁹ fuerat dicit. Nondũ arbitror me appħendisse. Qui u͛ transita porta mor tis ferrea semel portas ciuitatis illius intrauit. cui⁹ seras dñs 9fortauit. et benedixit filiis ei⁹ in ea. uere dicere pot̃. Nũc scio uere. q. m. d. a. s. 7. e. m. d. m. h. 7. d. o. e. p. i. Eripuit me i q̃t de manu herodis. de potestate dia boli. Due sũt manus herodis, manus seducens 7 man⁹ temptans. De manu seducente ul' seducentis libant̃ electi ĩ in hac fragili uita. q̃s ipe seducere ñ pot̃. q2 exercitati sũt 7 ñ ignorãt astucias ei⁹. Porro de manu tẽptantis ñ libant̃ uere q̃ndiu uiuũt in hac uita que tota tẽptatio ẽ. Qui u͛ ad ci uitatẽ illã ꝑuenit cui⁹ posuit dñs fi nes pacẽ, ꝑfus lib erit ñ solũ de ma nu seducentis s; ĩ de manu tẽptantis 7 de omĩ expectatione plebis iudeoꝝ. P̃ iudeos q̃ xp̄m usq; ad mortẽ ꝑsecu ti sũt 7 caput ecclẽ nascentis in ꝑimi tiua ecclã penit⁹ 9terere conati sũt, gnalit̃ oms aduersarios ecclẽ intelligi possum⁹. In illa g̃ ciuitate posit⁹ ab oĩ expectatione iudeoꝝ fidelis q̃sq; liber erit. q2 facultatẽ nullã penit⁹. spẽ nullã scãm ecclãm affligendi habebũt ult̃ ipsi aduersarii. igni tradita qui ñ extin guet̃. Tuc̃ enĩ implebit̃ qd dictum ẽ ꝑ ꝓpħam. Celebra iuda festiuitates tuas. 7 redde altissimo uota tua. q2 nõ adiciet ultra ut ꝑtranseat inte belial uniuers⁹ interiit. Et notandũ qd hec li beratio ꝑ angłm fit. Angłs iste magni 9silii angłs intelligit̃. De q̃ ꝑ heliu ad beatũ iob dr̃. cũ de homine ꝑ tẽptatio nẽ afflicto loqueret̃. Si fuerit ꝓ eo an gelus loqns unũ ex similib; ut annun tiet hominis equitatẽ miserebit̃ eius 7 dicet. Inueni in quo ꝓpicier ei. ꝑ hunc angłm nob̃ ꝓpicat̃ ds. ipe ÷ enĩ ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̃is. ꝑ ip̄m libat̃ quisq̃s uere libat̃. iuxta illud apłi. Si uos fili⁹ libe rauerit uere libi eritis. Ipe ÷ qui uin cula tam ꝓ uitatis q̃m necessitatis disru pit. qui de carcere carnis fideles educ̃. qui ꝑ portã mortis ferreã ad uere lib tatis ciuitatẽ ꝑducit. Ad quã suffragã tib; beati petri meritis ipẽ nos ꝑducat Qui cũ patre 7 spũ scõ. u. 7. r. ꝑ. o. s. s. Am.

Item ad uincula.

Petrus quidẽ seruabat̃ in carcere. ora tio aũt fiebat sine intmissiõe ab ecclã ad dñm ꝓ eo. Multiplex ẽ carcer in sacra pagina 7 uariis ac cipit̃ modis. Vt aũt paucos de plib; ꝓferam⁹. est carcer aduersitatis. est carcer ꝑuersitatis. ẽ carcer pauper tatis. ẽ carcer mortalitatis. ẽ carcer

perpetue calamitatis. Vel ut idem aliis
distinguam nominibus, est carcer iusticie,
est carcer nequitie, est carcer discipline,
est carcer libidinis, est carcer gehenne. Pri-
mum carcerem constituit humana animi
adversio. secundum cordis depravatio. tercium
devota religio. quartum carnis corrup-
tio. quintum eterna dampnatio. Primus
ergo dici potest penalis. secundus carnalis. tercius
est spiritualis. quartus animalis. quintus in-
fernalis. Primus est ad ferendum difficilis.
secundus videtur sed non est delectabilis. tercius est
utilis. quartus tolerabilis. quintus tenebro-
sus et horribilis. In primo carcere sunt
divisi. in secundo perversi. in tercio conversi. in
quarto universi. in quinto a deo penitus
aversi. et ideo eversi et subversi in profundum
laci. De primo carcere legitur. misit He-
rodes et tenuit iohannem et vinxit eum in
carcerem. Propter eos qui in secundo erant car-
cere liberandos venit filius dei sicut ipse
dicit per prophetam. Spiritus domini super me eo quod
unxerit me, ad annuntiandum mansuetis
misit me. ut mederer contritos cor-
de. ut predicarem captivis indulgentiam
et clausis apertionem. Et pater ad ipsum. De-
di te in fedus populi ut possideres here-
ditates dissipatas. et diceres his qui
vincti sunt exite. et qui in tenebris re-
velamini. De tercio carcere recte
potest accipi quod salomon dicit. Melior
est puer pauper sapiens rege sene
stulto qui nescit sibi providere in po-
sterum eo quod de tenebris et carcere quis
egrediatur ad regnum. et natus in regno
inopia consumatur. Propter quartum car-
cerem dicit propheta. Educ de carcere
animam meam ad confitendum nomini tu-
o domine. Et beatus Iob. Numquid mare sum
aut cetus quia circumdedisti me carcere. Sed
de quinto carcere dicit dominus esto consenti-
ens cito adversario tuo dum es cum eo in
via ne forte adversarius tradat te iudi-
ci et iudex ministro et in carcerem mit-
taris. Ecce quam multis modis accipitur
carcer. Licet autem multiformiter dica-
tur non est tamen ambiguum in quo carcere pe-
trus servaretur. Luca enim fideli medi-
co cuius laus est in evangelio referente
didicimus quod herodes occiso iacobo fratre
iohannis virginis videns quia placeret
iudeis apposuit apprehendere et petrum
et misit eum in carcerem. Herodes iste
non fuit herodes ille senior qui pueros
decollavit. non fuit herodes tetrarcha
qui dominum ihesum cum exercitu suo spre-
vit et indutum veste alba remisit ad
pilatum. Sed fuit herodes agrippa filius
aristobuli frater herodiadis. cui teste
iosepho romanus imperator gaius cali-
gula cum familiaris extiterat dum
privatus esset. regnum iudee contulit.
herode in exilium destinato. Hic est
ille herodes qui in cesarea stratonis
percussus ab angelo eo quod non dedisset ho-
norem deo cum ei populus dei laudes accla-
masset expiravit. Hic ergo herodes
misit beatum petrum in carcerem. et tra-
didit .iiii. quaternionibus militum cu-
stodiendum. Unde dominus per manum an-
geli sui liberavit eum. De hac petri li-
beratione hodie sollempnizat ecclesia.

Nec incongrue. Recolit enim illius exultationis sollempnitatem quam habuit primitiua ecclesia adhuc tenella et uix hactenus fundata in principiis apostolorum liberatione super quem edificanda erat quem illis ut patrem et caput et doctorem ipse saluator contulerat. cui specialiter et principaliter claues regni celorum commiserat. iuxta illud. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. et tibi dabo claues regni celorum. et si diligis me pasce oues meas. et ideo ergo mirum si de eius aduersitate ecclesia doluit. si de eius liberatione exultauit. de cuius salute salus eius hactenus pendebat. Docet autem nos ista petri liberatio quod in omni aduersitate et tribulatione in domino deo nostro debeamus ponere spem nostram. quia ipse est qui liberat clamantes ad se. ad dominum cum tribularetur clamauit dauid et eum exaudiuit. clamauit ionas de uentre ceti. et eum cetus euomuit. clamauit susanna et eam dominus liberauit. clamauerunt filii israel et reduxit eos de tenebris et umbra mortis. et uincula eorum disrupit. Clamandum ergo in necessitatibus ad dominum qui clamantium ad se uidens uidet afflictionem et gemitum eorum exaudit. Potest autem alicui uenire in mentem in uanum forte me tot distinxisse carcerum modos cum manifestum sit de quo carcere petrus fuit liberatus. Igitur attendendum quod carcer petri tres sequentes prefigurat. de quibus liberat dominus. sicut et petrum de carcere liberauit.

Et quartum perauendum demonstrat. de quo non liberabitur qui semel fuerit illuc detrusus. Post carcerem ergo petri. per carcerem scilicet aduersitatis. primum occurrit carcer prauitatis. Carcer iste est profundus. in quo cum uenerit peccator contempnit. de quo et si conetur totis uiribus suis sine manu ualida et difficultate magna et ope diuina exire non potest. Angustat enim et quem incarceratum tenet inueterati mali peruersa delectatio. funibus peruali de consuetudinis compeditum inuoluit. In hoc autem malorum profundum repente peccator non demergitur. sed sensim in illud et quasi per gradus delabitur. Cadit primum in negligentiam. de negligentia in curiositatem. de curiositate in concupiscentiam. de concupiscentia in delectationem. de delectatione in consensum. de consensu in actionem. de actione in consuetudinem. de consuetudine in contemptum. de contemptu in maliciam. Negligentia uocat. curiositas euocat. concupiscentia prouocat. consensus suffocat. actio precipitat. consuetudo implicat. contemptus excecat. malicia incarcerat. Negligentia facit ut sollicitudinem quam habuit uel habere debuit circa salutem anime sue homo dimittat. Curiositas hominem extra se ducit ut alienam uitam inquirat. Per negligentiam fit deses circa se. per curiositatem uagatur extra se. propter hec duo uicia dicit beatus augustinus in confessionum decimo cum de homine loqueretur. Curiosum genus ad agnoscendam uitam alienam. desidiosum ad corrigendum suam. Concupiscentia irritat curiosum. Consensus irritatum

suffocat. actio precipitat suffocatum. cõsuetudo ligat et implicat precipitatum. Difficile enim est consueta relinquere. Contemptus excecat implicatum quia stultus cum uenerit in profundum uitiorum contempnit. Malicia denique incarcerat cecum. Et est malicia peccati delectatio et exultatio perniciosa. quando delectatur homo facere malum. quando letatur cum male fecerit et exultat in rebus pessimis. Qui sic peccat in spiritum sanctum peccat quod est peccatum inremissibile. Qui enim peccat ex infirmitate et impotentia peccat in patrem. qui potentia est. qui peccat ex ignorantia peccat in filium qui sapientia est. Qui uero ex malicia in spiritum sanctum qui bonitas est. Sic sensim incarceratur miser homo. Malus est carcer iste in quo homo per uoluntatis proprie maliciam et delectationem nimis noxiam seipsum includit et coangustat. In hoc carcere habet herodes. i. diabolus. iiii. quaterniones quibus incarceratum suum seruandum tradit. ne possit exire. Quatuor hii quaterniones sunt. iiii. afflictiones que mentem peccatis obsitam obsident et dissipant. metus scilicet. spes. gaudium. dolor. Qui enim sunt ita incarcerati. hii metuunt. cupiuntque; dolent. gaudentque; nec auras respiciunt. clausi tenebris et carcere ceco. De his afflictionibus in boetio sic inuenimus. Gaudia pelle. pelle timorem. spemque fugato. nec dolor assit. nubila mens est uinctaque frenis. hec ubi regnant. Est igitur ex quaternionibus qui hunc incarceratum ne possit euadere obseruant primus gaudium presentis mali. secundus timor in bono non perseuerandi. tercius spes temporis diuturni. quartus dolor non consuete rei. Cohibet enim peccantem et detinet gaudium. i. delectatio quam habet in peccato suo. Obseruat eum timor ne possit si forte incipiat perseuerare in bono. reuocat spes quam habet uiuendi longo tempore. coangustat dolor. i. tribulatio carnis quam patitur in uirtutum exercitio. At tamen dominus qui captiuis predicat indulgentiam et clausis apertionem. sic incarceratum quandoque soluit et liberat. mittens ad eum angelum suum. i. timorem. Incutit enim animo incarcerati scelerum ut flagitiorum suorum magnitudinem. mortis incertitudinem. districtionem iudicis. horrorem perpetue dampnationis. Veniens igitur timor in carcerem. sopit. eneruat. quaterniones illos. iiii. et solutis cathenis uincti. educit de carcere. Sed nec sic dimittit herodes addictum suum. Egredientem de egypto israelem pharao spiritualis insequitur et gradienti per desertum reuocat in mentem egypti delicias. Sic exeunti de carcere occurrit prima herodis custodia uiscus scilicet uoluptatis quam cum transierit. obsistit et secunda. delectatio scilicet potestatis. Si hanc quoque euaserit. restat porta ferrea. uidelicet amor proprietatis. Primum igitur de carcere prodeunti in lucem obuiat uoluptatis uiscus. Impedit enim et retardat mentem ad deum reuertentem preteritarum recordatio uoluptatum. et uicia quibus diu succubuerat animus. sensualitati blandiuntur. succutientia uestem carneam. ut beatus

dicit augustinus. 7 dicentia euge eu
ge. Quod si ducatur efficit angelus ut uolu
ptatibus spretis 7 calcatis hanc custodi
am transeat illi delectatio potestatis
occurrit. Iam enim carnis corruptelas
contempnentem non parum inuoluit 7 impli
cat honorum 7 potestatis delectatio.
7 transitum interdicit. Vix enim relinqui
tur 7 deponi potest dominatio. quod s. dicere
potest alicui uade 7 uadit. 7 alij fac hoc
7 facit. Quod si 7 hanc reliquerit post se cu
stodiam. restat porta ferrea amor proprietatis.
Porta uere ferrea. que grauis
7 difficilis ad transeundum. Hoc probat
euangelicus ille adolescens qui omnia
legis mandata a iuuentute custodi
erat. cui cum dixisset dominus. si uis perfect
esse uade uende omnia que habes. 7
da pauperibus 7 ueni sequere me. abijt
tristis. Propter primam custodiam dixit
quidam ex illis qui inuitatus fuerat ad nu
ptias filij patris familias. uxorem du
xi. Propter secundam dixit alius. Juga boum
emi quinque 7 eo probare ea. Propter por
tam ferream dixit tercius. Villam emi et
eo uidere eam. Difficilis igitur 7 grauis
transitus porte ferree. Si tamen sit uerus
angelus dei qui ducatum prebeat. si uerus est
dei timor 7 non simulatus. omnia claustra
porte ferree frangit. disrumpit. 7 re
serat. Immo porta ultro aperit timori.
Qui enim nouissima sua prudenter in
telligit. 7 acute considerat. 7 inde ue
raciter timet. ultro omnia terrena contemp
nit. abicit. 7 conculcat. 7 sic educetur de
carcere peruersitatis. ingreditur in car

cerem paupertatis. Respuens enim tem
porales diuitias eligit pauper fieri ut
illum sequatur qui pro nobis pauper factus est
cum diues esset. Carcer paupertatis clau
strum est. Nomen carceris uel paupertatis ne
exhorrescas. bonus est carcer qui membra car
nis eo angustat 7 cohibet ne fiant ar
ma iniquitatis ad iniquitatem. sed potius sint ar
ma iusticie in sanctificationem. Bona est pau
pertas que suam uidens inopiam 7 intelligens
permansuras exoptat 7 querit diuitias in
ternas potius 7 eternas diuitias suspirans
quam terrenis opibus congregandis uacans.
Bonus est carcer de quo quis egreditur ad regnum.
sicut in ecclesiaste legitur. Melior est puer
pauper sapiens. rege sene stulto qui nes
cit sibi prouidere in posterum. Quod de carcere
7 tenebris quis egrediatur ad regnum. 7 na
tus in regno inopia consumatur. Vt sensus
allegoricos taceam qui puerum pauperem
christum regem. senem stultum diabolum inter
pretantur. per puerum pauperem sapientem hic
accipitur conuersus aliquis qui propter amorem
dei se subdit alieno imperio. 7 suaui iu
go christi subponit humeros qui cum progres
sioris esset etatis. fit puer non sensu sed
malicia. cum esset magister fit disci
pulus. cum esset diues fit pauper. cum esset
sapiens fit stultus ut sit sapiens. Videt
enim cum ieremia paupertatem suam 7 hac
paupertate conpulsus uendit se christo suo
iuxta illud legis. Si paupertate conpul
sus frater tuus uendiderit se tibi non habe
as eum more famulorum. sed sit quasi colonus
7 mercenarius apud te usque ad annum iu
bileum. Paupertate compellitur quispiam

ut se uendat fratri suo cum attenderit ali
quis quod diuitias uirtutis. affluentiam uir
tutum. data nature. et dona gratie in primo
parente perdidit. et quod uirtutes si quas
per gratie diuine collationem acceperat aut
per exercitium acquisierat. per propriam negli
gentiam et mandatorum dei transgressionem
amiserit. Et quod propter rationis forte aut
uirtutis inopiam se ipsum regere aut
non possit aut nesciat. alieno se commit
tit arbitrio alicui patrum spiritualium
relictis omnibus se tradens. qui se doctrina
et exemplo informet et regat. Ceterum cui
se regendum committit non debet fratrem sic
deuotum sic affectum. more famulorum
habere. id est uerbis aut contumeliis aut
suppliciis ad seruiendum cogere. sed quasi co
lonum et mercenarium suasione blanda
aut spe mercedis proposita ad bene agen
dum animare. Sic spem mercedis proponens
apostolus quosdam consolabatur et ad bene agendum
animabat dicens. Id momentaneum et le
ue tribulationis nostre immensum eterne
glorie pondus operatur in nobis. et ipse dominus mensu
ram ait bonam et confertam et coagitatam et
supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Usque
inquit ad annum iubileum. Tunc enim plena
libertas succedet seruicio. et humilitas
obsequii nostri uertetur in gloriam. Interim
non paruum consolationis, non paruum uolupta
tis percipere possumus ex hoc quod infra
sequitur. Cum enim dominus causam subderet
cur ita seruitutem nostram sub precepto
temperauerit. mei inquit serui sunt. et ego
eduxi eos de terra egypti. quasi diceret.
Cum uobis se subdunt nolite eos premere.

Mei serui sunt non uestri. qui propter me non
propter uos se uobis commiserunt. quod obse
quium quod exhibent non uobis sed michi offertur.
hinc est quod beatus apostolus dicit. empti estis
precio magno nolite fieri serui homi
num. hinc est quod cum dominus ad petrum
dixit. pasce oues meas. meas inquit
Egredietur uirga de radice iesse. et flos de radice eius ascendet. In multis locis sacre pagine beata uirgo per uirgam designatur. hec est uirga moysi que serpentes magorum pharaonis deuorauit. quia beata uirgo uniuersas destruxit et absorbuit hereticas prauitates. hec est uirga aaron que sicca germinauit. frondiuit. floruit. et peperit amigdala. Beata enim uirgo non irrigata humore concupiscentie carnalis uel commixtione coitus uirilis germinauit assentiendo. frondiuit concipiendo. floruit parturiendo. peperit edendo.

amigdala salutis nr̄e. i. xp̄m qui in
amigdalo designat̄. Ħt amigdalū tria
corticē. testā. 7 nucleū. Sic 7 xp̄c ī tri
b; 7 ex trib; ɔsistit substantiis. ex cortice
carnis in q̄ sensit amaritudinē. 7 testa
anime in q̄ habuit fortitudinē. 7 nu
cleo diuinitatis in q̄ latentē ē inuenire
dulcedinē. Compat̄ aūt uirgo uirge.
ꝓpt̄ tres ꝓpetates que s̄ in uirga. Virga
ē agilis. 7 facile curuat̄. sursum erigit̄.
indies roborat̄. Sic 7 nr̄a uirgo plen⁹
7 efficati⁹ uirginib; cet̄is flexibilis 7 a
gilis fuit ꝑ obedientiā 7 humilitatem.
Rectitudinē habuit ꝑ sursum erectā
caritatē. Roborabat̄ indies ꝑ ꝯtinuis con
stantiā 7 animi firmitatē. Hec ē uir
gula q̄m admirantes angli dicūt in
canticis. Que ē ista q̄ ascendit ꝑ deser
tum sic̄ uirgula fumi ex aromatib;
myrre 7 thuris 7 uniūsi pulueris pig
m̄tarii. Desertum ē p̄sens sc̄lm. terra
sterilis 7 inculta germinans incolis
suis spinas 7 tribulos. ꝑ hoc t̄n deser
tum ubi tot impedim̄ta 7 obstacula
ascendit beata maria de uirtute ī uir
tutē. 7 de claritate in claritatē. tanq̄
ducta a dn̄o sp̄u. Ascendit aū sic̄ uir
gula fumi. Virgula gracilis 7 subtilis
desideriis. 7 attenuata ieiuniis. ut uir
gula fumi. q̄ sursum semꝑ ascendit
donec humanis subtrahatur aspectib;.
Sic 7 ip̄a ꝑfic̄e 7 ascende n̄ desiit don̄
ascensus eius humanā transcenderet
ītelligentiā. Vt uirgula fumi. nec tū
cuilibet fumi. s; fumi ex aromatib;.
qui suauē emittit odorem. Emisit g̊

uirgula hec myrre fumū ex conti
nentia sua 7 uirginitate. fumū thu
ris ex deuotionis 7 oronū suarum
puritate. fumū uniūsi pulueris
pigm̄tarii ex uirtutū ꝑ humilitatē
multiplicitate. Pigm̄tari⁹ est xp̄c
qui herbas odoriferas 7 aromaticas
uirtutū in orto eccl̄e plantat 7 fructi
ficare facit. S; ille ɔtundunt̄ 7 redi
gunt̄ in puluerem. q̄ndo uirtutes ꝑ hu
militatē attenuate q̄i ex defectu suo
multiplicant̄. Dicat g̊ diuin⁹ ysaias
de ortu beate uirginis. egrediet̄ uirga
de radice iesse. Jesse ip̄e ē ysai pat̄
dauid ex cui⁹ radice beata uirgo e
gressa ē. Regali g̊ ex ꝓgenie mari
a refulget. Ex hui⁹ uirge radice asce
dit flos. Virga dei genitrix uirgo est.
flos fili⁹ eius. flos g̊ xp̄c. q̄ dicit in
canticis. ego flos campi 7 liliū ɔuallīū.
Sic̄ eni camp⁹ sine uomere 7 cultura
sponte gignit flores. ita beata uirgo
intemerata 7 intacta genuit hūc florē.
In h flore tria inuenim⁹. Ver⁹ ē enim
nob flos in fructū 7 fruct⁹ in esum. In
flore uenustas. in fructu utilitas. in
esu uoluptas. Duo ɔtulit xp̄c mūdo
7 tertium ɔferet. uenustatē ɔūsationis.
utilitatē saluationis. uoluptatē gl̄i
ficationis. exhibuit in se 7 in alios do
cuit pulchram ɔūsationē. ɔtulit sal
uationē. ꝓmisit 7 dabit 7 dei uisi
onē. Habuit 7 docuit uenustatē in
ficie. ꝓbuit fructū 7 usū multipli
cis g̅re. ɔferet tand̄ iocunditatē gl̄e.
Sup hunc florē requieuit sp̄s dn̄i. H̄

e enim uir in ysaia quem apprehende-
rũt. vii. mulieres. vii. dona sp̃c sci
q̃ mulieres dr̃r ꝓpt̃ fecunditatem.
q̃ animã q̃ replẽunt. fecundant.
Hic ẽ in zacharia lum̃ aurei candela
bri sup̃ qd erãt lucerne. vii. Requi
escet inq̃t. Merito sup̃ eũ requiescere
dr̃. in q̃ nichil inuenit sp̃c dñi unde
tristaret̃. uñd turbaret̃. s; semp̃ re-
q̃em. Merito sup̃ eũ req̃esc̃e dr̃ sup̃
q̃ mansit. a q̃ ñrecessit. iuxta illud.
qd ad p̃cursorẽ ip̃e dc̃m ẽ. sup̃ quẽ
sp̃m uideris descendentẽ. ⁊ manen
tẽ sup̃ eũ. hic ẽ q̃ baptizat. Potest
dilectissimi capl̃m istud ꝓpheũ ad
edificationẽ urãm moralit̃ expla
nari. Egrediet̃ uirga de radice. ⁊c̃.
Singl̃s quisq; urm̃ debet ferre uir-
gã. imo uirgas. Sũt eñ tres uirge
q̃s gestare debetis in u̾sationibus.
Est uirga directionis. u̾ga eruditio
nis. u̾ga miserationis. Virga disci
pline. uirga doctrine. u̾ga clemẽti
e. Primã uirgã significat miracu
losa u̾ga moysi in q̃ fecit magnalia
in egipto. Sc̃dam designat u̾ga iere
mie. scilicet de q̃ dñs dic̃ ad ipsum
q̃d tu uides ieremia? Et dix̃. virgã
uigilantẽ ego uideo ⁊ dñs. recte. q̃
uigilabo sup̃ ꝑpl̃m meũ. Terciam
u̾gam figurat u̾ga regis assueri
q̃ extendit hester insignũ clemẽtie.
Assumẽda ẽ g̃ p̃mo p̃ma u̾ga. Ne-
cesse ẽ eñ ut imp̃mis intentionem
tuã ⁊ om̃s cogitat̃ tuos ad eũ dirigas
oĩ p̃uitate ⁊ tortitudine exclusa. I
quo exercitio ingenti disciplina op̃
ẽ. ⁊ ad hoc miraculosa u̾ga moysi indi
gens. Grande eñ miraclm̃ ẽ anfrac
tuosas ⁊ flexuosas p̃ue ꝯsuetudinis
uias ad u̾itatis ⁊ rectitudinis ⁊ scita
tis reduc̃e lineã. ⁊ p̃ eam calle recto
⁊ indeflexo incede. Post q̃ aũ ⁊ te
scõ exercitio ⁊ alios bono exemplo
direxeris. gestare debes u̾gã sc̃dam.
u̾gam eruditionis ut p̃uusos corrigas.
rudes erudias. indisciplinatos institu
as. de quib; te p̃mo instruxisti. Est ⁊
t̃cia uirga ferenda ut induas uisce
ra miserationis ⁊ celestẽ patrẽ imi
tans q̃ solẽ suũ oriri facit sup̃ iustos
⁊ iniustos ⁊ pluit sup̃ bonos ⁊ malos.
clemẽtiã tuã ⁊ caritatẽ tuã usq; ad
ipsos inimicos extendas ad om̃s mi
sericors ⁊ beniuolus. dimittens ut di
mittaris. misc̃diã p̃stans ut miam
ꝯseq̃ris. Triplex aũt egredit̃ h̃ u̾ga
de radice yesse. Yesse interp̃tat̃ sac̃
ficiũ. Est aũ triplex sac̃ficiũ. Sacrifi
ciũ ꝯtritionis. sac̃ficiũ bone op̃atiõis.
sac̃ficiũ diuine laudationis. De p̃mo sa
crificio habes. sac̃ficiũ deo sp̃c ꝯtribu
lat̃. De sc̃do habes. Sacrificate sac̃fici
ũ iusticie. De t̃cio. sac̃ficiũ laudis
honorificab me. Primũ sac̃ficiũ est
ĩ uiciorũ mortificatione. sc̃dm ĩ bona
op̃atione. terciũ in gr̃arũ actione. P̃
mũ ẽ g̃ ut offeras deo cor ꝯtritum ⁊
humiliatũ. hec ẽ uia reu̾tendi ad dm̃
ut penitens seip̃m accuset. ⁊ diiudi
cet ne iudicet̃. ut pecc̃a sua dolendo
⁊ flendo ⁊ ꝯfitendo puniat ne grau̾

a deo puniatur. Cor enim contritum et humiliatum non despiciet deus. Ad quod ait dominus per ysaiam respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem uerba mea. Secundum est per fletum et contritionem ut offeras bona opera. ut quem dominum exacerbasti prauis operibus reconcilies eum uel iustis actionibus. Et hoc est sacrificare sacrificium iusticie. ut sicut exhibuisti membra tua seruire iniusticie et iniquitati ad iniquitatem. ita exhibeas ea seruire iusticie in sanctificationem. Tercium est ut neque confessionem ac penitentiam tuam neque sanctam conuersationem tuam ac uiribus tuis attribuas. Sed in omnibus deum laudes et ipsi gratias agas qui et bonam uoluntatem preparauit ac dedit quod uelles conuerti et preparatam adiuuit et promouit ut bene posses operari. De hac triplicis sacrificii radice egressa est triplex uirga de qua premisi. De hac autem uirge radice ascendit flos. In flore tria notanda sunt. uisu placet. tactu mulcet. odore reficit et replet. Sic et flos qui de uirga nostra triplici ascendit pulcher est uisu. suauis tactu. iocundus odoratu. De longe prospicimus et uidemus. de prope tangimus. Cum enim aliquis qui ad diligendum deum se direxit alios erudit. erga omnes iusticiam agit. quem a longe considerauimus et esse talem estimauimus. ex ipsa consideratione et estimatione eum diligimus. Quod si diligentius eum attendentes et quasi de prope tangentes qualem uidimus et estimauimus talem comperimus. strictioribus et firmioribus dilectionis brachiis ipsum amplectimur. et huius floris odor late diffusus bone opinionis suaui fraglantia multos respergit et reficit. et super hunc florem requiescit spiritus domini. hic ut sanctificet. in futuro ut beatificet. hic ad iusticiam. in futuro ad gloriam. Cuius gloriae nos participes faciat meritis et intercessione genitricis sue dominus noster. mediator noster ihesus christus. Amen.

In translatione sancte Genouefe uirginis.

Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Qui rudes et hebetes et animales habent sensus et ideo non percipiunt que sunt spiritus dei. admonendi sunt quotiens eis aliquid de amoris cantico proponitur. ne quid carnale. ne quid fluxum uel lubricum cogitent. Vobis autem dilectissimi qui consuetudine exercitatos habetis sensus. huiusmodi ammonitio non est necessaria. Spiritales enim estis. et omnia spiritaliter examinatis. Spiritalibus ergo spiritalia comparantes. imprimis dicimus in uerbis epythalamicis que uobis proposui uidendum esse quis loquitur. ad quam loquitur. Quis loquitur. Amicus loquitur. Amice loquitur. Laudes et preconia loquitur. Spiritalis est amicus. Spiritalis amica. Spiritalia sunt et preconia. Amicus est christus. Amica quelibet fidelis et religiosa anima. Sunt autem IIII. in quibus fidelem animam commendat hic christus et attollit. Innocentia conuersationis. eminentia sancte operationis. suauitas bone opinionis. gratia eruditionis. Et hoc facit dum eam comparat lilio. Amica enim sue amicę comparantur liliis. filie spinis. Filie sunt carnales. Amice spiritales. Amica ergo

congrue comparatur lilio. propter .iiii. propri
etates lilij. Liliu enim candet. liliu
eminet. liliu redolet. liliu medicine
ualet. Sic et religiosa anima candet
per conuersationis innocentia. Eminet
per operum magnificentia. redolet per
bone opinionis fraglantia. medetur
per eruditionis gratiam. dum per exhortati
ones salutiferas curat uulnera pec
catorum. Precedere debet conuersationis in
nocentia que in duobus maxime consistit.
in pace. et sanctimonia. Sapientia enim
que desursum est primum quidem pudica est.
deinde pacifica. Non autem sufficit inno
centia. nisi subsequatur et iusticia. Non
sufficit declinare a malo nisi et facias
bonum. Diuerte inquit a malo et fac bonum.
hec autem duo innocentiam .s. et iusticiam.
sequi solet opinionis bone fragla
tia. Ubi uero hec tria concurrerint. con
uenienter subnectitur eruditio. Qui enim
nec sibi nocet per flagitia. nec proximo
per facinora. qui eminet et excellit per operum
magnificentiam. cuius suauis opinio
longe lateque dispergitur. ille talis ad
eruditionem debet accedere. Cuius autem
uita contempnitur. necesse est ut predicati
o contempnatur. Ecce quam pulchre fide
lis anima comparatur lilio. Est autem sicut
liliu inter spinas. Liliu enim inter spi
nas pungitur nec pungit. leditur nec
ledit. sed potius spinas a quibus leditur
uenustat et illustrat. et inter eas cre
scit et proficit. Ita spiritualis anima inter
carnales a quibus persecutiones et tri
bulationes patitur. crescere et proficere

non desistit. nulli malum pro malo reddens
aut maledictum pro maledicto. sed potius
econtrario benedicens. Et hic perfecto magne
uirtutis titulus est inter malos bene
uiuere. ut de beato iob legitur. uir erat
in terra hus. Et ipse beatus iob dicit. frater
fui draconum. et socius structionum. et ad e
zechielem a domino dicitur. fili hominis cum
scorpionibus habitas. et subuersores sunt
tecum. Et beatus paulus ad discipulos in
medio nationis praue et peruerse. inter quos
lucetis tanquam luminaria in mundo.
Dicat igitur amicus de amica. Sicut lilium
inter spinas .s. a. m. i. f. Sunt autem diuersa
genera spinarum. Sunt spine carnalium
concupiscentiarum. Sunt spine temporalium
curarum. sunt spine malicie et contume
liarum. sunt spine infernalium penarum. sunt
spine compunctionis et lacrimarum. Prime
sunt culpabiles. secunde contemptibiles. ter
cie odibiles. quarte horribiles. quinte
laudabiles. Primas debemus abigere.
secundas subigere. tercias sustinere. quartas pre
cauere. quintas acuere. Prime dici possunt
spine libidinum. secunde sollicitudinum.
tercie inquietudinum. quarte amaritudi
num. quinte penitudinum. De primis dicit
salomon. Per agrum pigri hominis transi
ui. et per uineam uiri stulti. et ecce totum
repleuerant urtice. operuerant superfi
ciem eius spine. In agro uel uinea cor
humanum intelligitur. quod ad modum
agri uel uinee purgare a sentibus
uiciorum carnalium. et sarmentis cogitatio
num inutilium. et diligenter excolere de
bemus. Uir autem piger et stultus est qui et

deses ad bene agendum. et fatuus est dum sibi
non precavet in futurum. Huius stulti cor re
pletur urticis. i. temptationibus que urunt.
et operitur spinis. i. viciis et peccatis que pun
gunt. Et hoc videt et consideravit salomon
.i. xpc. qui de celo respicit super filios ho
minum ut videat si est intelligens aut re
quirens deum. De his spinis legitur alibi. ve
pres et tribuli in manibus temulenti.
Temulentus est temeto .i. vino plenus. cuius
mentem voluptates carnales inebriant
et evertunt. In huius manibus sunt vepres
et tribuli dum peccata que corde concepit usque
ad opera producit. De his spinis dicit dominus
per prophetam. Super humum populi mei vepres
et spine ascendent. Quanto magis super
domum gaudii civitatis exultantis.
Super domum populi dei vepres et spine as
cendunt cum sentes temptationum et vicio
rum a carne nascentium et electorum mentes
sentiunt. Iuxta illud quod ad hominem dicitur.
Maledicta terra in opere tuo. cum colueris
eam spinas et tribulos germinabit tibi.
Hoc docet unumquemque nostrum experientia
propria. quoniam terra cordis humani et cum di
ligenter excolitur spinas temptationum ger
minat. Ceterum et si spine temptationum
super humum populi dei ascendunt per sugge
stionem sed non replent aut operiunt per con
sensum vel actum vel consuetudinem. sicut
agrum vel vineam viri stulti. Non enim
usque ad opera producunt malos conceptus su
os electi sicut faciunt temulenti. De secundis
spinis dicit dominus. Quod semen dei cecidit in
ter spinas. et simul spine exorte suf
focaverunt illud. Et exponit spinas. cu

ras et sollicitudines et divicias huius seculi
que semen dei in cordibus multorum suffo
cant. Ideoque dicit apostolus. Nemo militans
deo implicat se negociis secularibus. ut
ei placeat cui se probavit. De terciis
spinis dicit propheta. Circumdederunt me
sicut apes et exar. s. i. i. s. Multi enim
falsi fratres sicut apes mel ore proferunt.
et exardent sicut ignis in spinis. Ignis
enim in spinis est invidia sive nequitia
in cordibus maliciosis. Blanda huius
modi loquuntur. et septem nequitie sunt in
corde eorum. Hec tria spinarum genera
sunt tres laquei quos pluit dominus super
peccatores. ignis. sulphur. et spiritus procella
rum. Ignis cupiditatis et avaricie. Sul
phur fetentis luxurie. Spiritus procellosus
inquiete et inquietantis malicie. Hec
tria spinarum genera ducunt ad cruciatum. ad
spinas. s. infernalium tormentorum. De quibus
dicit psalmus. Priusquam intelligerent spi
ne vestre ramnum. vel sicut habet alia lit
tera. Priusquam producat spinas vestras
ramnus. sicut viventes. s. i. i. ab. eos.
Ramnus genus est rubi quod in principio quasi
mollis herba est. Deinde producit acule
os spinarum. Tales sunt voluptates huius
seculi. blande. dulces. iocunde videntur.
et ad eternam ducunt amaritudinem.
Sicut per salomonem sub typo meretricis
alibi dicitur. Labia meretricis suavia. et
nitidiora oleo guttur eius. novissima autem
eius amara quasi absinthium. et acuta quasi
gladius biceps. Meretrix enim est mundus
iste. qui quasi meretrix imprudentes
allicit et pellicit. Huius labia et guttur

sunt uoluptates. que suaues et in tide uidentur sed in fine ad mortem perpetuam ducunt. Hee sunt uie que uidentur homini bone et extrema eius ducunt ad mortem. calix aureus babilon inebrians habitatores terre. In calice aureo propinat babilon uenenum. propinat et mortem. Videtur in ramnis herba mollis. nondum producit aculeos suos. sic peccator credit. et non uidet solem. Prius quam producat spinas ramnus. s. u. s. i. i. a. e. Ignis trifidus luxurie. auaricie. malicie. cadens super corda peccatorum absorbet eos. et non uident solem iusticie. absorbet eos sicut uiuentes. non uere uiuentes sed sic uiuentes. Viuentes uita carnis. et non uita anime. et ideo non uere uiuentes. Ille enim uere uiuit qui uiuit uita anime que est deus. qui uiuit uita que iusticie est. i. uita iusticie. Ideo iustus dicit. Viuens uiuens ipse confitebitur tibi. Non simpliciter dicit uiuens. sed geminat uiuens uiuens. ut uite corporis coniungat uitam spiritus. ut communi uite associet uitam iusticie. Recte ergo reprobi non uiuentes dicuntur. sed sic uiuentes. Absorbentur ergo sic uiuentes. et sicut ira. Et quidem magna ira dei est quando peccatori dimittit sibi. quando dimittit eum deus in desidia cordis sui ut eat in adinuentionibus suis. hoc timebat qui dicit. Ne tradas me domine a. d. m. p. et de quibus dam dicit apostolus. Tradidit eos deus in passiones ignominie. i. tradi permisit. Et quidem magna est ira hec. sed longe grauior. acrior. amarior erit illa ira de qua legitur. Loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos. Et alibi. dominus in ira sua c. e. dicens. Ite maledicti in ignem eternum. et statim deuorabit eos ignis. Ea propter ira que est in presenti non dicitur ira sed sic ira. Absorbet ergo peccatores ignis triplex. ut ignis tribulationis et aduersitatis. sic uiuentes et sicut in ira. et hoc prius quam producat spinas ramnus. Tandem enim spinas tormentorum infernalium producet ramnus. et spine intelligent ramnum. i. uexatio intellectum dabit auditui. ipsa tormenta. ipsa supplicia intelligere facient in quam acutos et amaros aculeos uertitur tandem ramni mollicies. Precauende sunt spine iste. Sed quomodo precaueri possunt? Per ultimas spinas. per spinas compunctionis et penitentie. De his spinis legitur. Conuersus sum in erumpna mea dum configitur spina. Bene pungitur qui compungitur. Vtilis punctio est compunctio. dum enim spina compunctionis peccator configitur. in erumpna sua. i. ex erumpne consideratione conteritur. Alia littera habet. Conuersus sum in erumpna mea dum confringitur spina. Spina est in dorso. Spina est in rubo. Spina in dorso hominem erigit. Spina in rubo pungit. Spina ergo est superbia que hominem male erigit. Dum autem spina compunctionis configitur. spina superbie confringitur. et in erumpna sua peccator conteritur. Vtiles ergo sunt spine compunctionis. per quas precauentur spine superne dampnationis. et franguntur spine triplicis prauaricationis. que filiabus comparantur. inter quas filias est amica ihesu christi.

sicut liliū int̄ spinas. videamꝰ de domina nr̄a. de beata uirgine genouefa. de amica ⁊ sponsa īmaculati spōsi. qualit̄ fuerit sicut liliū. fuit utiq; sicut liliū innocent̄ uiuendo. meritis ⁊ miraculis eminendo. opinionis bone fraglantia longe lateq; spargendo. pluribꝫ uita sua ⁊ doctrina medendo. fuit ⁊ sic̄ liliū int̄ spinas qn̄ ciuiū suoꝝ psecutiones passa ē qui uolebāt eam lapidare ul' cōburere uocantes eā pseudo ꝓphissam eo qđ p̄dicebat urbi parisiace nichil timendū fore ab int̄fectionibꝫ ⁊ uandaloꝝ. Ledebat̄ nec lesit. p̄mebat̄ ⁊ ꝓfuit. ⁊ dn̄o ꝓtegēte ex hiis tribulationibꝫ euasit. Dn̄s aūt meritis ⁊ pcibꝫ eiꝰ nob ita ꝯcedat frang̃e spinas uicioꝝ ut deuitemꝰ spinas tormtoꝝ. Qđ nobis p̄stare dignet̄ ihc xp̄c dn̄s nr̄. aduocat̄ nr̄. Am̄.

In festo omniū scōrum.

Conuertere anima mea in requiem tuam qr dn̄s benefecit t̄. Q. a. e. a. m. d. o. m. a. l. p. m. á lapsu. Et alibi sic. Conuersus sum in erūpna mea dū ꝯfigit̄ spina. Et salomon ita. Cumq; me uertissē ad uniu'sa opa q̄ fecerant manꝰ meē ⁊ ad labores in qbꝫ frustra sudaueā: uidi in omībꝫ uanitatē ⁊ afflictionē sp̄c. Tria g̃ sunt ad quoꝝ ꝯsidationē ꝯuerti debemus calamitas. uanitas. felicitas. de cōsidatione calamitatis pri' tractandum ē. Conusus sum in erūpna mā dū ꝯfigit̄ spina. Quatuor sunt que nob calamitatē nr̄am patenter ostendūt. adu'sitas. ꝓsp̄itas. infirmitas. iniquitas. Aduersio paruuloꝝ int̄ficiet eos. ⁊ ꝓsp̄itas stultoꝝ pdet illos. Adu'sio siue adu'sitas plerūq; occasio ē murmuris ⁊ inuidie. fraudis ⁊ malicie. odij ⁊ inuidie. Pꝛsp̄itas occasio ē. elationis ⁊ supbie. uolūptatū ⁊ luxurie. resolutionis ⁊ desidie. Ea ꝓpt̄ dicit salomō. Diuitias ⁊ paupitates ne dedis m̄. s; tm̄ uictui meo tribue necc̄ia. Adu'sio g̃ paruuloꝝ int̄ficiet eos. ⁊ ꝓsp̄itas stultoꝝ pdet illos. qr adu'sitas eos frangit. ⁊ ꝓsp̄itas resoluit. nec dura pati posst̄ n̄ mollia. nec calida nec frigida. P diem sol urit eos ⁊ luna p nocte. Ita ⁊ infirmitas nimis affligit ⁊ miseriā nr̄ā detegit. sic ⁊ iniq̄tas. Ꝓ hiis duabꝫ. p infirmitate. s. ⁊ iniquitate dicit psalmista ad dn̄m. Aufer á me obpbrium ⁊ ꝯtēptū. obpbrium. s. iniquitatis. ⁊ ꝯtēptū corruptibilitatis. Iniquitas facit expbrabilem. corruptibilitas ꝯtēptibilē. Iniq̄tas animā inficit. infirmitas corp̄ inꝯficit. Conuīt̄ g̃ homo in erūpna ad ꝯsidandū. s. erumpnā suā dū ꝯfigit̄ spina. Ex adu'sitate surgit spina tribulationis. ex ꝓsp̄itate spina tēptationis. ex infirmitate spina corruptionis. ex iniquitate spina ꝯpunctiōis.

dū ꝯfigit̄

dum ɔfigitur que libet harũ spi
narũ ad erumpnã sua cognoscen
dã homo ɔuincitur. Hee enĩ spine mi
seriam nr̃am nob ostendunt. has spi
nas uocat alibi psalmista sagittas.
Qm̃ sagitte tue infixe sunt m̃ 7 ɔfir
masti sup me manũ tuã. De ɔsidera
tione calamitatis transeam ad ɔsi
deratione uanitatis. Magnificaui
dicit ecclastes opa mea. edificaui m̃
domos 7 plantaui uineas. feci ortos
7 pomeria. 7 cõseui ea cuncti gn̄is
arborib; feci piscinas aquarũ. ad ir
rigationẽ lignorũ germinantiũ.
possedi seruos 7 ancillas. 7 familiã
multã nimis habui. coaceruaui
m̃ argentũ 7 aurũ. 7 diuitias re
gũ 7 puinciarũ. Cũq; me uertissẽ
ad uniusa opa q̃ fecerãt manus
mee 7 ad labores inq̃b; frustra suda
uerã. uidi in omĩb; uanitatẽ 7 affli
ctionẽ animi. 7 nichil pmanẽ sub
sole. Quatuor sunt fr̃es kmi inq̃b;
pcipue uanitas ista dephenditur.
labor. decor. honor. amor. Labor p
cedit ppt̃ tria sequentia. Decor spec
tat ad uisum. honor ad pompam 7
plausũ. amor ad usũ. Decor ẽ in for
mis speciosis. i uestib; pciosis. in ua
sis 7 edificiis glosis. Honor i potentiis.
in dignitatib;. in scientiis. Amor ex
trcetur ɔ̃ca diuitias. 7 uoluptates
7 delicias. Hec aũ omĩa transeunt.
uelut umbra. 7 sc̃ teste iacobo ua
por ad modicũ parens. Cassus ẽ g̃
labor. cp̃uari ẽ decor. breuis ho
nor. fallax amor. Conuitat g̃ ppha
ad triam ɔsiderationẽ. 7 dicat. Conũte
anima mea in requiẽ tuã 7 c̃. quasi
dicet. O anima mea ɔsideraui meã
calamitatẽ. ɔsideraui mundi uanitatẽ.
7 in his ñ inueni quietis suauitatem.
s; poti laborẽ 7 dolorẽ. Cõũte g̃ in re
quiẽ tuã ad dñm qui req̃es tua ẽ. ad
ipm memorandũ. intelligendũ. dili
gendũ. Juxta illd augustini. Memi
neri te. itelligã te. diligã te. Recole
g̃ conditoris tui siue ɔditionis tue
dignitatẽ. Intellige dñatoris 7 iudicis
potestatẽ. dilige redẽptoris. suscepto
ris. remunatoris pietatẽ. Ex ɔsiderata
ɔditionis tue dignitate nascit̃ pudor.
ex itellecta iudicis potestate surgit ti
mor. ex inspecta redẽptoris 7 suscepto
ris pietate orit̃ amor. In magna dig
nitate 7 honore creator tuus te con
didit. uberes 7 corpis 7 animi delici
as. 7 diuitias ɔtulit. copiosa data na
ture. 7 affluentia dona gr̃e. inte ɔ
gessit. imagine 7 similitudine sua
te puilegiauit. Ad imaginẽ enĩ 7
similitudinẽ dei tu solus int̃ omĩa
alia fact̃ es. De tante tñ dignitatis
fastigio in apostatica radice misera
bilit̃ corruisti. de paradisi deliciis in
uallẽ pegrinationis 7 calamitatis.
in lacũ miserie 7 lutũ fecis infelicit̃
detrusus 7 eiect̃. Ecce iam pudor. Ce
terũ ñ ɔtinuit ɔditor tuus in ira sua
misc̃dias suas. Inclinauit celos 7 des
cendit. 7 assũpta nature tue debili
tate pter culpã uenit ad te calciata

diuinitas. et ut breuiter modum redemp
tionis perstringam. post sitim. esuriem. fa
tigationem. tedium. et post ceteros defectus
suos quos pro te sponte suscepit. post pro
bra. conuicia. alapas. sputa. crucem
pro te pertulit. peccata tua de medio tulit.
merita sua tibi contulit et concessit. Ecce
unus amor. Hec attendebat sponsa cum
dicit. fasciculus mirre dilectus meus
mihi inter ubera mea commorabitur. Mirra
species amara est. In fasciculo ergo mirre
accipitur multitudo amaritudinum.
et suscepte conditionis et multiplicis com
passionis et ignominiose passionis
quas pro nostra salute sponte suscepit et
sustinuit filius dei. Quas omnes amari
tudines in unum collegerat et congesserat.
et quasi fasciculum inde fecerat. quem posu
erat ante oculos mentis sponsa. ut inde
ignem amoris sui erga christum accenderet
et nutriret. Unde et dicit. fasciculus mir
re dilectus meus mihi inter ubera mea commo
rabitur. Inter ubera id est in pectore meo. in me
moria mea ut illum recolam. illum tene
am. illum diligam. commorabitur inquit ut
ibi sit non ad horam sed ad moram. non momen
tanee sed continue. Ecce unus amor. Am
plior accedit amoris materia. Post
tot collata beneficia contempnit infe
lix anima redemptorem. Induit se tu
nica quam exuerat. inquinat pedes
quos lauerat. et candidissimam quam in
baptismo susceperat innocentie uestem
diuersis criminibus cruentat et pollu
it. Diuaricat quasi meretrix pedes
suos omni transeunti. in quo curuatur

ut transeat per eam uniuersi. At tamen
tam uilem. tam fedam. tam lubricam. non sper
nit. non abicit. sed ad penitentiam frequen
ter uocat et urget ac suscipit miseri
cors et miserator dominus. nec tantum offen
sas donat. crimina delet. sed et ubi ha
bundauerat peccatum superhabundare
facit et gratiam. nec tantum bonis spirituali
bus ditat. sed et bona perhennia promittit
et donat perseueranti in bono. Hec con
siderabat hec attendebat qui dicit.
Nonne deo subiecta erit anima mea?
ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse deus
meus et salutaris meus. susceptor meus
non mouebor amplius. Deus meus inquit per con
ditionem. salutaris meus per redemptionem.
susceptor meus ad penitentiam. suscep
tor et ad gloriam. Ecce copiosa diligendi
materia. Porro si non diligitis patrem sal
tem timete dominum. Si non diligis beneficii
pietatem intellige et time iudicis po
testatem. Iustissimus est. sapientissimus.
potentissimus. Illi teneris reddere ratio
nem cuius iusticia nichil impunitum
uolet relinquere. cuius sapientiam nichil po
terit subterfugere. cuius potentie nichil
omnino poterit resistere. Ceterum pius pater
magis amari appetit quam timeri. Uis
ergo non timere potestatem? fac bonum et ha
bebis laudem ex ea. Uehementer amat
ideo uehementer amari desiderat. Aman
tem ergo ama. et ex consideratione benefici
orum eius amorem tuum nutri. et in dies ro
bora. donec perfecta caritas excludat
timorem. et assuescas magis contemplari
premia quam timere supplicia. ut et tu

dicas. Conuertere anima mea in requiem
tuam. conuertere .i. ex toto corde uerte
ad illam requiem exoptandam. cogi
tandam. obtinendam. ubi uera requies.
hic enim non nisi labor et afflictio spiritus. In
gredere ergo iuxta quod monet apostolus in illam
requiem. Ingredere fide. deuotione;
ingredere certa spe. Hac fide et spe illec
ti et roborati sancti martires excogitata
alacriter percurrebant supplicia. Cla
mantes cum apostolo. quia non sunt condigne pas
siones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. Conuertere ergo anima
mea in requiem tuam. tuam uel promissam. tibi
paratam. tuam non tuis uiribus aut tuis
meritis. sed quia dominus benefecit tibi. preueni
ens te in benedictionibus dulcedinis.
dans tibi prudentiam in iudiciis. temperan
tiam in prosperis. tolerantiam in aduersis. iu
stitiam in exercitiis. constantiam et perse
uerantiam in honestis propositis. Bene
fecit et tibi dominus in exhibitis promissis.
quia eripuit animam meam de morte
ut in presenti ab iniquitate. ut in futuro
a corruptione. oculos meos a lacrimis
iuxta illud. Absterget deus omnem la
crimam ab oculis sanctorum suorum. et ideo o
culos a lacrimis quia pedes a lapsu.
hic enim non possunt oculi carere lacrimis
quamdiu cogitamus periculosissimos lapsus.
quamdiu sumus in hac uita que tota tempta
tio est. In illa autem requie absque omni inquietudi
ne quies erit. cum absorta morte in
uictoriam dicetur. ubi est mors uictoria
tua. ubi est mors stimulus tuus? Sti
mulus enim mortis peccatum est. Conui
tamur ergo in illam requiem. et sic eam de
sideremus. et ita bonis et efficacibus studi
is queramus. ut ad illam iuuante gratia per
uenire mereamur. prestante domino nostro ihesu
christo. Qui cum patre et spiritu sancto uiuit et
regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Item in festo omnium sanctorum.

Ortus conclusus soror mea
sponsa. ortus conclusus et
fons signatus. Verus salomon
ecclesiam de qua loquitur in capi
tulo proposito diuersis sed non
sibi aduersis nominibus nuncupare so
let. Nunc enim uocat eam amicam. nunc
sponsam. nunc sororem. Nomen amice de
clarat caritatem. nomen sponse fidelita
tem. nomen sororis dilectionis et fidelita
tis munditiam et sanctitatem. Ideoque nominibus
amice et sponse nomen sororis coniungit
ut in amoris cantico nichil carna
le nichil lubricum nichil impurum ex
istimes contineri. Comparat autem christus ecclesiam
orto. propter quattuor commoditates orti. in quibus
commendabilis est. Ortum enim commendat fecun
ditas. ortum commendat amenitas. ortum
commendat uiroris perpetuitas. ortum com
mendat utilitas. Ita et hec quattuor commendant
ecclesiam. Commendat ecclesiam filiorum spiri
tualium et operum bonorum fecunditas. commendat
eam sancte conuersationis et bone opinionis
amenitas. commendat eam quasi perpetuus
uiror propositi rata et illibata stabilitas.
commendat eam remunerationis utilitas.
Est igitur ei fecunditas in filiorum spiritualium
et operum bonorum multiplicatione.
Est amenitas in sancte conuersationis sua
ue fraglanti opinione. Est uiror

ꝑpetuus in sci̅ ꝓposito ꝑseuantia ⁊ ꝯtinuatione. Est utilitas in multifori remunatione. Precede debet operum bonorum fecunditas. quorum hactenus maledicta est sterilis ⁊ q̄ non facit fructum in isrl. Et beatus iob illum reprobat q̄ pauit sterilem ⁊ q̄ non parit. ⁊ uidue bene non fecit. Et iuxta euangelicam ueritatem. Omnis arbor que non facit fructum bonum. ex. ⁊ i̅. ig. mi. Et teste iacobo. fides sine opib; ociosa est ⁊ mortua in semet ipsa. Et uidua q̄ in deliciis est. uiuens mortua est. saluatur autem ꝑ filiorum generatione̅. i. ꝑ bonorum operum ꝓpagatione̅. fecunditate̅ sequi debet bona opinio. ꝯscientia michi dicit augustinus. fama ꝓximo. fama nostra pollere non non polliu debet in uob. ⁊ ꝓuidenda sunt bona non tantum coram deo s; ⁊ coram hominib;. Et luceat lux uestra coram hominib; ut u. o. u. b. ⁊ g. p. u. q. i. c. e. hac autem intentione luce debet lux boni operis ut glorificetur deus non ut tu glorificeris. Gloriam enim domini q̄rere debes non tuam. Iuxta quod dicit apostolus. Siue manducatis siue bibitis. siue quid aliud facitis omnia in gloriam domini facite. Alioquin si gloriam tuam q̄ris. similis es ẏpocritis qui faciunt iusticiam suam coram hominib; ut uideantur ab eis. Et teste ueritate. recepisti mercede̅ tuam. fecunditate̅ scē ꝯuersationis ⁊ amenitate̅ bone opinionis sequi debet uiuor ꝑseuerantie. finis enim non pugna coronat. Et q̄ ꝑseuauerit usq; in fine̅ usq; in fine̅ hic saluus erit. Talaris fuit tunica ioseph. ⁊ hostie cauda in sacrificio iubetur offerri. Perseuantiam remunationis sequitur utilitas. Multiplex est hec remunatio. Non enim solum erit in futuro. s; ⁊ habebitur in presenti. Pietas q̄ ad omnia utilis est ꝓmissionem habet uite q̄ nunc est ⁊ future. Et psalmista cum de preceptis dominicis loqueretur. In custodiendis inquit illis retributio multa. non dicit in custoditis s; in custodiendis. ut intelligas non tantum in futuro s; ⁊ in presenti dum custodiuntur in eis esse retributione̅ multam. quorum custodienti dulcia sunt ⁊ salubria. ⁊ iocundam reddunt ꝯsciam. Putas parua retributio sit testimonium bone ꝯscientie. de q̄ non solum gaudet s; ⁊ gloriatur apostolus. Gloria inquit nostra hec est testimonium ꝯscientie nostre. Et alibi. Non solum s; ⁊ gloriamur in tribulationib; nostris. vere deo seruire regnare est. q̄ lucet in risum. dolores in gaudium. amaritudines in dulcedine̅. miserias in beatitudine̅. tribulationes in gloriam ꝯuertit. Sicut habundant passiones xpi in nobis. ita habundant ⁊ ꝯsolationes dicit apostolus. Et psalmista. Secundum multitudine̅ dolorum m. i. c. m. c. t. l. a. m. Si autem tanta retributio ꝯsolationum est in uia. q̄nta putas ⁊ qualis erit retributio in patria. Non uidit deus absq; te q̄ preparasti expectantib; te dicit ẏsaias. ⁊ apostolus. Non sunt ꝯdigne. p. h. t. a. f. g. q. r. i. n. Id enim momentaneum ⁊ leue tribulationis nostre supra modum in immensum eternum glorie pondus

opat innob. n contemplantib; q uide
tur s; q n uident. Omnia ista et supra
modum et innumsum et etnum et pond.
glam accumulant. Merito g ut
dixim orto coparat sponsa pp. iiii.
commoditates orti. fecunditate. ame
nitate. uirorts ppetuitate. utili
tate. Dicat g spons. Ort conclusus so
ror mea sponsa. ort conclusus fons
signat. Poeta in georgicis. iiii. speci
es agror describit. Est enim ager
pascuus. ag florid. ag sationalis.
ag consitus. Sic et orti spualis st .iiii.
spes. Est enim ort spualis. pascuus.
florid. sacionalis. consit. Pascuus e
in sordida et in uicijs exposita uita pec
cator. florid in florenti et suaue re
dolenti conusatione nouicior. sationa
lis in bonis opib; puector. consitus
in firmit radicata dilectione pfec
tor. Ager pascuus n e claus s; ex
posit bestijs. Sic et ort spualis pas
cuus exposit e bestijs spualib; .i.
demonib;. De his bestijs legit. Ne
tradas bestijs animas confitentes t.
et alibi. Posuisti tenebras. et facta e
nox in ipa ptn. o. b. silue. Bestie i
agro pascuo tria faciut. Inqnant.
deuorat. conculcat. Sic et demones
ortum spuale pascuum inqnat pfe
das cogitationes. deuorat et sibi i
corpat. p flagitij ul malicie noxi
as opationes. conculcat et terut. p
puam consuetudine et obstinatioes.
Inqnata erat aia illa de qua dicit
ppha. Sordes ei in pedib; et. i. i af
fectib; ei. Deuorat erat de q legit.
Alieni comede robur ei et ipe igno
rauit. Ille enim ignorat q stupidus
fact n considat. De tali deuoratione
spuali intelligi pot illd pphe. Resi
duum locuste comedit eruca. resi
duum eruce comedit bruc. et residuum
bruci comedit rubigo. Vt conculcetur
incuruari iubet anima ad qm dicit
incuruare ut transeam. Qui sic conculcat
figurat p iebuseum q intptat concul
catus. Hec tn desperand e qui huim
e. qr et templum dno edificat in area
ornan iebusei. qr qui pmo conculcaba
t a demonib; qnq; fit ornan .i. illu
minat. Peuti pot et occidi iebuseus.
Qui peussert inqt dauid iebuseum
faciam illum milicie pncipe. et q conuerti
fecit. peccore ab errore uie sue. saluab
animam ei a morte et opit multitu
dine peccor. Peutit iebuseus qndo
uita carnalis occidit. Verte an i
pium et n erit. P conusione transit pascu
ort in floridum. et uie recipit clausuram.
In flore spes fruct. Ita in bona et sua
ue redolenti conusatione nouicior
de eor puectu spem concipim. Ppt
huim floret dicit sponsus. flores
apparuert in tra nra. et uinea nra
floruit. Et sponsa p huim florib;
ait. fulcite me florib;. stipate me
malis. qr amore langueo. Ort sati
onalis e in bonis opib; puector. q
st spualia semina. De his seminib;
dicit ppha. Seminate uob iustici
am. et metite in ore miscdie. Et

psalmista. Euntes ibant et flebant. m. s. s. Et apostolus. Qui seminat in benedictionibus de b. et metet. Ortus conclusus est in firmitate radicata caritate perfectorum. Propter ortum conclusum dicit apostolus. In caritate radicati et fundati. Ad ortum conclusum pertinebat quod dicitur. Ego autem sicut oliva f. i. d. dei mei. Hic triplex ortus clausus est immo conclusus. id est ex omni parte clausus ut nullum omnino aditum inveniat hostis per quem irrumpat. Ortus autem conclusus soror mea sponsa. ortus conclusus. bis dicit conclusus. quia et foris et intus debet claudi. habere debet et antemurale et murum. Antemurale facit continentia. murum patientia. A foris est antemurale continentie in motibus et sensibus carnis. Qui claudendi sunt ne mors intret per fenestras nostras. Religandi sunt et coercendi et motus et sensus. Unde dicitur religio. Dicitur enim vel a relegendo ut dicit tullius. vel a religando ut dicit firmianus. Utrumque congruit. quia et relegenda sunt precepta moralia que mores nostros informent et exornent. et religandi sunt sensus et motus. ne per eorum negligentiam corda seducantur et exorbitent. Quod si impulsu temptationis vehementioris rumpitur antemurale continentie: intus sit qui coerceat murus sustinentie qui temptationum assultus patienter sustineat et repellat. ut si titillatur sensus non adhibeatur consensus. Fit autem murus ex cemento et lapidibus. In cemento solemus ponere tria. harenam. calcem et aquam. harena res

ponderosa est et gravis. et significat iniquitatem que aggravat. Propter aggravationem iniquitatis dicit david. Filii hominum usque quo gravi corde. Et sic onus grave. g. s. s. m. Et ysaias. Ve genti peccatrici. populo gravi iniquitate. semini nequam. filiis sceleratis. Et exceca cor populi huius. et aures eius aggrava. Et in zacharia. Iniquitas sedet in amphora plumbea que ponderosa est. Per calcem que calida est et urit intelligitur urens fervor penitentie. Per aquam lacrime compunctionis. Debemus ergo in cemento hec tria apponere. harenam id est culparum preteritarum assiduam considerationem. calcem acrem scilicet culparum congruam qualitatibus satisfactionem. aquam id est uberem lacrimis compunctionem. et huic cemento addere lapides id est fortem et infatigabilem et perseverantem operationem. Cemento suo apponebat harenam qui dicit. Iniquitatem meam agnosco et peccatum meum contra me est semper. Et ezechias. Recogitabo tibi omnes annos meos i. a. a. m. Calcem apponi volebat iohannes precursor ubi dicit. Genimina viperarum quis vos demonstravit fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus penitentie. Addebat et aquam qui dicit. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia n. c. l. t. domine. Et per singulas noctes l. l. m. l. m. Ut autem cemento coniungerentur lapides hortabatur apostolus qui dicit. Bonum autem facientes non deficiatis. tempore enim suo metetis non defici-

entes. dicat g sponsus. ortus conclusus soror mea. s. o. c. f. s. Ortus dr eccla. ut quequ spualis anima. xpc quadruplicem de q locut sum gram. Dr fons xpc carismatu spualiu affluentia. Qd au intelligim p clausura morto. hoc itelligim p signatione in fonte. Qd enim signatum e clausu e. ul signatio dr qntu ad inimicos. Est enim ei fons xpus cui n comunicat alien. ul certe signat dr xpc. vii. signacla q solvit leo de tribu iuda. Sicut enim ht diabolus. vii. signacla. sic habt 7 xpc. vii. signacla. Signacla diaboli st in malu. signacla xpi in bonu. Ad quorum distinctione habes in psalmo. fac mecu signu in bonu. de signaclis antixpi habes in apocalipsi. Qui n adoraverit imagine bestie 7 habuit karactere eius in fronte sua. Antixpi g. vii. signacula st. Primu signacl'm infidelitas ul pfidia. Sedm discessio ul apostasia. Terciu elatio ul supbia. Qrtum fratnu odiu ul inuidia. Qntu stupor ul duricia. Sextu contept ł obstinacia. Septimu despatio ul diffidentia. Ita 7. vii. sut signacla xpi. Signaculu signationis. i. sca trinitas ad cui imagine facti sum. Signacl'm creationis in q creati sum. i. ro nra ubi e imago dei. Signacl'm regnationis in baptismate. Signacl'm renovationis. i. gra xpi q e in illuminata mte. Signacl'm pfessionis i officio ul ppositi scitate. Signacl'm

dnice passionis in mortificatione. Signacl'm dilectionis in opum exhibitione. De pmo signo legit. faciam hominem ad imagine 7 similitudine nram. De scdo. vir qd e imago et gla dei. De tercio. Nolite nocere tre et mari quadusq signem servos dei i frontib eorum. De qrto. Signatum e sup nos. l. u. t. d. Et nolite conformari huic sclo. s reforo. i. n. s. ur. De qnto legit. Signa levitas signo suo. De sexto. Signa thau sup frontes uirorum gemitu. De septimo. In hoc cognoscent omis. q. m. e. d. si. di. ha. ad inuice. His signaclis signant illi de qb in appocalipsi legit. De tribu iuda. xii. milia signati. 7 c. His au signaculis ita nos signet dns ut de orto clauso 7 fonte signato traducamur in domu nuptiale in qm sapietib introductis uirginib 7 fatuis exclusis ianua clausa epitalamiu indicibile cantabit 7 gaudiu ineffabile pcipiet a scis prante sponsa eccle xpo ihu. Qui cu patre 7 spu sco vivit 7 regnat p infinita. s. s. Am.

In dedicatione eccle.

Assumpsit me sps 7 audivi p me voce comotiois magne. benedicta gla dni de loco suo. Audire ueniam. audire spetabam n audiri. ad audiendu qm ad loqndum. ad discendu qm ad docendu. ad suscipiendu qm ad pdicandu. 7 paratior 7 audior 7 devotior. Et quid ubi sedeo conveni

entius sedet aliquis uir spiritualis qui eruditus et assumptus a spiritu iezechielis prophete uerba spiritualia que proposui uobis qui spirituales estis: spiritualiter explanaret. Ceterum quoniam ad id uentum est ut necesse sit me supplere sapientis officium uel saltem mecum bene agitur. quod insufficientiam meam portare et sapientia uestra sciat. et patientia possit. et caritas uelit. Assumpsit me spiritus. Dubitari forte potest ab aliquo: quis spiritus prophetam assumpserit. eo quod multis et uariis modis in sacra pagina accipiatur spiritus. Est enim spiritus carnis. spiritus hominis. spiritus mundi. spiritus diaboli. sunt spiritus angelici. est et spiritus dei. et omnes hii spiritus assumunt. Spiritus carnis assumens ea suggerit que sunt luxurie; spiritus hominis ea que sunt rationis et prudentie; spiritus mundi assumit ad ambitum et superbiam. spiritus diaboli ad maliciam. spiritus angelici ad gloriam. Spiritus enim sunt qui animas sanctorum deferunt in sublime. spiritus dei ad sanctimoniam. Cum autem tot modis dicatur spiritus: hesitare forte potest aliquis quis prophetam spiritus assumpserit. Sed nouerunt qui eruditiores sunt inter uos quod sine adiuncto precedentium uel comitantium aut subsequentium aut numquam aut rarissime nominat sacra scriptura spiritum. nisi cum loquitur de spiritu dei. Cum autem de spiritu dei loquitur: simpliciter ponit spiritum. ut est illud in apocalipsi iohannis. et fui in spiritu in dominica die. et qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. et in euangelio de symeone: et uenit in spiritu in templum. et hic propheta. assumpsit me spiritus. Assumit autem spiritus dei quatuor modis. per uocationem. per conuersionem. per contemplationem. per glorificationem. Per uocationem sicut omnes christianos quos ad fidem uocauit. iuxta illud quod in psalmo ecclesia dicit de deo patre. Misit de summo filium uidelicet et accepit me in sponsam. et assumpsit. i. elegit me de aquis multis. i. de populis multis. Sed quia multi uocati pauci electi. et in ecclesia multiplicati sunt super numerum electorum a uocatione sua resiliunt. Sunt et qui per conuersionem assumuntur. Non solum enim uocantur sed et conuertuntur et sanctificantur et in sanctitate permanent de uirtute in uirtutem procedentes. De hac assumptione in psalmo de uiro iusto ad dominum dicitur. Beatus quem elegisti et assumpsisti. et cetera. De tertia assumptione que fit per contemplationem dicit propheta. assumpsit me spiritus. Hac assumptione assumptus est paulus et raptus usque ad tertium celum. De quarta assumptione que fit per glorificationem habemus in euangelio. duo in agro. unus assumetur et unus relinquetur. Dicit itaque propheta. Assumpsit me spiritus. et audiui post me uocem commotionis magne. Non quisquis assumitur a spiritu: audit post se uocem commotionis magne. Neque enim qui per primam. neque qui quarta assumptione assumuntur: audiunt post se uocem commotionis magne. Sed illi tantum audiunt uocem commotionis magne. quos secunda uel tertia rapit assumptio. Qui autem assumuntur per solam uocationem. sicut sunt homines carnales. homines animales spiritum non habentes. non audiunt post se uocem commotionis magne. quia nec rapiuntur ante se. et sicut ait quidam nimis malorum conscientia tranquilla est. non sentiunt neque

sustinent commotiones magnarum
temptationum sicut uiri uirtutum.
qui statim temptationibus cedunt. sicut
arundo uento agitata. sicut puluis
ante faciem uenti. Non in eis concupis
cit caro aduersus spiritum et spiritus aduersus
carnem. sed est in cordibus eorum letalis et
mortifera delectatio. et spe eorum ua
dentes in luxuriam et non redeuntes
per penitentiam. uoluntati carnis
subduntur et obtemperant. Qui etiam assu
muntur ad gloriam. non autem per se. uo. co.
m. q. n. iam ingressus est in illam requi
em. iam in pace. iam in tranquillitate
positus est. nec audit uocem exactoris.
ab omni perturbationis inquietudine semotus
et immunis. Ceterum et qui per conuersionem.
et qui per contemplationem assumuntur. au.
per se. uo. c. m. Qui enim conuersus perfice
querit et desiderat. et ad fortiora mittit
manum. non statim quietem et tranquilli
tatem inuenit. Sicut nemo repente
fit turpissimus. ita nemo repente fit
summus. Israel ab egipto recedentem inse
quitur pharao. eundemque populum per deserta
gradientem multe temptationes et
tribulationes uexant et perturbant.
Legitur in lege quod mulier que pepisset
masculum inmunda erat. vii. diebus.
Mulier que parit masculum mens re
ligiosa est. que spiritu sancto fecundata
uirilem et constantem assumit animum.
et ad masculina et fortia opera manum
mittit. At tamen non statim post as
sumptum sanctitatis propositum ad perfectam
mundiciam peruenit. sed inmunda est

vii. diebus. quia se inmundam et sordidam
reputare debet quamdiu temptationibus
concutitur. quamdiu cogitationibus illece
brosis et titillationibus fedatur. donec
longo temptationum usu fatigata
et erudita. opere sancti spiritus ad sabbatismum
perueniat interius. Non in arcu et gladio
suo speret. nec in uiribus suis confidat. sed
cum ceco euangelico magis ac magis
clamet ad dominum. de quo legitur et qui precede
bant et qui sequebantur increpabant eum
ut taceret. at ille magis ac magis
clamabat miserere mei fili dauid.
Illa uicia qui precedunt que se uirtutum
imagine palliant. que sub specie promoni
tionis seducere uoluit. Hoc uicio seduc
tus fuit petrus. qui consilium sapientie precede
presumens cum de passione sua loqueretur
absit a te domine. Sed stulticiam sapientia
reuocare uolens et reducere. uade in
quit retro sathana. quia non sapis que dei sunt.
Porro carnalia desideria subsequuntur.
que molliciem pristinam et desidia et delecta
tiones derelictas ad memoriam reuo
cant. Iuxta beatum augustinum. uestem succu
tientia carneam et dicentia euge. eu
ge. Sic filii israel ad ea que in egipto re
liquerant suspirabant ad carnes et pe
pones et cucumeres. Hec utraque uici
a precedentia et subsequentia saluari uo
lentem increpant. ut taceat nec cla
met ad dominum. Sed ille magis ac ma
gis clamare debet ad dominum. miserere
mei fili dauid. Sic conuersus non continu
o per conuersionem portum tranquillitatis
attingit. sed inter temptationum fluctus

procellas tribulationum sustinens. ascen
dit usque ad celos. et usque ad abyssos de
scendit. Periit memoria eorum cum
sonitu. Non sine strepitu. non sine tu
multu carnalium desideriorum memori
a periit. quo honestiora et magis ardua
conversus proponit. eo liquet eo plerumque gravi
ores et periculosiores temptationes sen
tit. Qui enim aggrediuntur ardua.
hii sunt qui parati sunt suscitare levia
tan. Audit itaque quod per conversionem assu
mitur vo. c. m. Sed et ille quod per contempla
tionem assumitur audit vo. c. m. As
sumi per contemplationem non omnium nec
multorum sed paucorum est. Sic assumi.
arra est spei. delicie mentis. Qui sic as
utraq; natura hois ... iam glificata
in carne. s. & anima. absorta ia morte
in uictoria. bndictio osumatoria cele
brabit. ut cor. i. anima & caro hois
exultent in dm uiuu & in gnali eccla
uere dedicata pphicu illd oplebitur.
Beati qui habitant in domo tua dne
in scla sclor laudabunt te. Cui bene
dictionis & laudationis participes
nos faciat pontifex nr. mediator
nr. rex nr. xpc ihc qui cu patre &
spu sco uiuit & regnat ds p omnia
scla sclor. Am. Item de eo d e m.

Facta sunt encenia i therosoli
mis & hyemps erat. Hodie dilec
tissimi templi nri dedicatio
nem annua reuolutione
reductam recensem. Et quid sollep
nis e dies quo templu hoc matiale
ex lignis ostructu & lapidib; ponti
ficum manib; osecratum e. ut fieret
dom dei & in ea nom dei inuocaret. Ce
teru spalib; uiris spalem hntib; itel
lectum & rone subtiliori sollepnita
tis hui rone intuentib; facile cla
ret. dedicatione hanc spalit ad nos
spectare qm ad lapides ut ad ligna.
Quicqd eni initas scm e pp nos fac
tum e. & quicqd mistice scificatio
nis hnt pp nos habent. Vos siquid
lapides uiui & ligna ex quib; & in qb;
edificandum e habitaclm dno. ne
miremini qd uoco uos lapides. La
pides eni estis. si partes estis illi la
pidis que reprobauerunt edificantes.
qui fact e in caput anguli. hic lapis e
paruus excisus de monte sine mani
b; qui creuit in monte magnu. et
impleuit latitudinem tre. hic e la
pis adiutorij lapis offensionis & petr
scandali. n uob s; infidelib;. Hic e la
pis que pcussit uirga moyses & flu
xerunt aque affluent ita ut biberet
homines & iumta. Quis au sit iste la
pis exponit apls dicens. Petra aute
erat xpc. Lapides g & uos estis si me
bra ei estis. Omis eni pars lapidis
lapis e. estis & ligna si sequaces eius
estis & discipli. Discipulos siquid suos
ligna uocat cum dic. Si in uiridi
ligno hec fecerunt. in arido qd fiet.
Se utiq; lignu uirens. discipulos u
ligna uocans arentia. & si eni ligna
sunt uirentia humore gre. arida
tam sunt operatione sapie dei de qua
scriptum e. Lignu uite e his q ap
phendunt eam & qui tenuit ea bea
tus. Arentia sunt respectu ligni qd
plantatum e secus decursus aqrum.
secus affluentia spc sci. q ad mensura
n accepit spm. qui unct e oleo le
ticie p osortib; suis. & in q habita
uit omis plenitudo diuinitatis
corporalit. Hec sunt ligna de quib;

uehiculu fecit s salomon sicut in amoris cantico legitur. ferculum fecit sibi rex salomon de lignis libani. Vos igitur fratres lapides et ligna ex quibus omnis edificatio constructa surgit in templum sanctum in domino. Templum enim dei sanctum est quod estis uos. An nescitis quia corpora uestra templa sunt spiritus sancti? Si quis templum dei uiolauerit .i. suggestione praua uel exemplo peruerse uite sue corrupit. disperdet illum deus. Vos igitur templum estis et omnes simul et singuli quisque nostrum. Est enim templum dei generalissimum. est et generale. est et speciale. est et specialissimum. est et indiuiduale. Templum dei generalissimum est ecclesia dei. continens omnes iustos a primo usque ad ultimum. Templum generale ecclesia per orbem terrarum dispersa. Templum speciale ut ecclesia gallicana. ecclesia affricana. uel anglicana. Templum specialissimum ut ecclesia hec uel ecclesia sancti uictoris uel sancti dyonisii. Templum indiuiduale singuli quisque fidelium. Vos igitur fratres et uniuersi templum estis. et singuli quisque nostrum templum est. et templum dedicatum domino. Christus enim pontifex futurorum bonorum. cuius et uicarii sunt et figura pontifices qui materialia templa dedicant. uos dedicauit. uos consecrauit. quando uos ab operibus mortuis ad se conuertit. quando de medio nationis praue et peruerse uos assumpsit. quando de tenebris peccatorum in lucem iustitie uos transtulit. Sic dedicati erant quibus apostolus cum plura enumerasset crimina dicit. hec quidem fuistis. sed abluti estis. sed sanctificati estis. Sic dedicati uolebat dominus quibus ait. Sancti estote. quia ego sanctus sum. Ne quis autem sanctificationem sibi attribuat meritis suis uel industrie sue. sed totum eius gratie. ego inquit sanctifico uos. Cuius uult enim miseretur. et quem uult indurat. Ideo apostolus dicit ad quosdam. dei cultura estis. dei sanctificatio estis. Recolat itaque fratres singulis quisque uestrum cum magna ueneratione et deuotione diem sue dedicationis. diem sue conuersionis. quo de lacu miserie et de luto fecis eduxit eum christus. et statuit super petram. super firme et solide intentionis stabilitatem eius pedes. uel certe super petram .i. super se ipsum. fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est christus ihesus. Diem illum quisque nostrum cum deuotione recolat. et multiplices gratias agat deo. qui fecit nobiscum secundum magnam misericordiam suam. Videte uocationem uestram fratres. Quantos putamus quando uos uocauit reliquit in seculo multo uobis iustiores uel uere uel loquar minus minores peccatores. ita ut exclamare cum apostolo libeat. O altitudo sapientie et scientie dei quam inuestigabiles uie eius. et inscrutabilia iudicia eius? Quid inuenit in nobis nisi malum? et tamen misertus est nobis secundum suam misericordiam magnam. parua misericordia est quando affluentiam impendit diuiciarum uel litterarum intelligentiam. uel prudentie secularis eminentiam. uel eloquentie ubertatem. uel aliquam aliam gratiam temporalem. Quicquid enim temporale est transit. Illa uero omnino magna est misericordia qua peccata condonat. et ad gloriam sempiternam hominem

p̃parat. Hui⁹ ꝯparatione tẽporaliũ copia collata ab ipo. miĩa parua ẽ. ĩmo plerũq; magna ira ẽ. Qui eñ diligit̃: corripit̃. qui ũ negligit̃. peccõ dimittit̃. Sic g̃ magna ira dei ẽ cũ peccõri ꝓ uo ad malũ p̃bet af fluentĩ und̃ p̃uas uoluntates suas adimplere possit. Ideo de talib; ad do minũ psalmista ait. Deiecisti eos dũ alleuarent̃. Ipã eñ eleuatio deiec tio ẽ. Videte g̃ fr̃es uocationẽ urã 7 diẽ uocationis 7 ꝯũsionis deuote retractantes. exultate dõ. cũ timore. tam̃ 7 tremore. Qd̃ eñ magna miã credit̃. in graue uob iudiciũ ꝯũtet̃ ñ in eo sincere pseũauerit is qd̃ uo iustis. nulli cui dedicati estis dignũ exhibueritis famulatũ. Seruus sci ens uoluntatẽ dñi sui 7 ñ faciens eã uapulabit multis. Qñto g̃ maiorẽ uob impendit miãm: tanto distr̃c tiorẽ sustinebitis sententiã. si urẽ fecitis pfessioni ꝯtraria. Exultan dũ g̃ cum tremore. qr nescit homo utrũ odio an amore dign⁹ sit. de iu sto id dr̃. Iniust̃ eñ 7 maxime qui in crĩinalib; ẽ se dignũ eẽ odio p cul dubio scire pot̃. Justus ũ nescit utrũ placeat deo bonũ qd̃ facit. ne scit utrũ fallat̃ in intentione ut in ipã opatione polluat̃. Audi aptm. Nichil m̃ ꝯsci⁹ sum. s; ñ in hoc iustifi catus sum. Qui eñ me iudicat dñs ẽ. De nob ipis 7 opib; nr̃is freq̃nt̃ iu diciũ nr̃m fallit̃. dñs aũ falli ñ pot̃. Cũ timore g̃ 7 tremore salutẽ urã

opamini. dedicationẽ urãm incõta minatã seruantes. 7 q̃ poste urõ ad eã pficiendã dño coopantes. ñ dum eñ pfecta ẽ. in futũo ꝯplebit̃. Hab3 pot̃ in hac uita pfectio q̃lis pot̃ ĩ uia. ee s; ñ qualis erit in patã. Non eñ semel tm̃ fidelis q̃sq; dedicat̃. Legim⁹ de tẽ plo iherosolimitano qd̃ eccle̾ 7 aĩe cuiq; fidelis typũ gessit. qr ter fuerit dedicatũ. In autũno. ĩ uere. ĩ hyeme. In autũno sub salomone. In uere sub ihu sacdote magno. In hyeme sub iu da machabeo. De illa q̃ facta ẽ in autũ no in q̃rto regũ legim⁹ qr cũ domũ dei ꝯsũmasset salomon ꝯuenit ad eũ uniũsus isrt̃ in mẽse benanim. ipse ẽ m̃sis septimus. 7 in paralipomenon qr ꝯuenit isrt̃ ad regẽ in die sollẽpni m̃sis septimi. de illa ũ q̃ facta ẽ in uere p⁹ reũsionẽ de captiuitate babi lonica: legim⁹ in esdra. qr fcã ẽ dedi catio. xx. iii. die m̃sis adar. 7 celebra uerũt pascha. xiiii. die m̃sis scdi. Porro de illa dedicatione q̃ facta est sub iuda machabeo in hyeme ĩ capitlo euanglij p̃tẽxato habem⁹ qr fcã sunt encenia. i. festa dedicationis ĩ iherosolimis 7 hyemps erat. Sic aũ tẽplũ typicũ ter dedicatũ fuit: ita 7 eccłã siue q̃s libz fidelis q̃ uerũ dei tẽplum ẽ: ter dedicat̃. Set sic̃ templũ figuratiuum dedicatũ fuit in autũno. ĩ uere. in hyeme: ita 7 fidelis q̃sq;: s; ordine retrogrado. Templũ eñ p̃us in au tũno. deĩn in uere. t̃tio in hyeme Eccłã ũ p̃us in hyeme. scdo in uere.

tcio mautino. Hyemps ē p̄sens uita
7 hec hyemi uitto ɔpat̄. Hyemps eñ
ē frigidū temp̄. flat in eo aquilo. ha
bundat in eo tenebre. ymbres exube-
rat. Talis ē 7 p̄sens uita. frigore cō-
gelat̄. ē friḡ infidelitatis 7 pfidie.
ē friḡ torporis 7 negligentie. ē fri-
gus pusillitatis 7 malicie. ē 7 frigus ti-
moris. Tria p̄ma frigora mala sūt.
q̄rtum bonū. De p̄mo frigore dr̄. flā-
te deo ɔcrescit gelu. p gelu eñ acci-
pit̄ ibi frigida ɔgelatio infidelium.
q̄ in pfidia indurant̄. 7 nota quod
gelu infidelitatis flante deo ɔcresc̄e
dr̄. ñ qd̄ ds̄ infidelitatē immittat a-
nimis hominū. s; illo tropo locutiōis
quo ds̄ fac̄e dr̄: qd̄ iusto iudicio fieri
pmittit. Sic est illud ap̄li. tradidit
illo ds̄ in passiones ignominie. 7 illd̄
in orōne dñica. 7 ne nos inducas in
tēptationē. ds̄ eñ neminē in tēpta-
tionē inducit. q̄ scdm iacobū in tēp-
tator malorū ē. ds̄ eñ neminē temp-
tat. tēptat̄ aū q̄sq; a p̄p̄a ɔcupiscētia
abstract̄ 7 illect̄. S; induc̄e dr̄ in tēp-
tationē qm̄ iusto iudicio suo induci
ul inductū indurari pmittit. ut qui
in sordib; ē sordescat adhuc. H̄ tropo
ɔcrescere dr̄. flante dō friḡ infideli-
tatis. Rara eñ in hominib; fides; Q̄n
ueniet fili̅ hominis aut ip̄a ūitas. pu-
tas inueniet fidē sup t̄ram: ip̄i elec-
ti modice fidei s̄t 7 pusille. Si habe-
tis fidē sicut granū sinapis dicetis
monti huic transfer te ī mare: 7
t̄nsferret̄. Certe nos ip̄i fr̄es si fi-
dem habem̄ q̄nta nob necessaria foret:
nichil nob durū nichil difficile nichil
arduū uideret̄: qd̄ in ordine paterem̄.
ppt̄ regnū celorū. S; illud ap̄li ante
oclos nr̄os ūsarem̄. Non sūt ɔdigne
passiones hui̅ temporis ad futurā gl̄a
q̄ reuelabit̄ in nob. Et illd̄. Id eñ mom-
taneū 7 leue tribulonis nr̄e supra
modū et̄nū pond̄ gl̄e opat̄ in nob.
ñ ɔtemplantib; q̄ uident̄ s; q̄ ñ uiden-
tur. Est 7 in hac hyeme. in hac torpi-
da uita friḡ torporis 7 negligentie.
De hoc frigore ap̄ salomonē inuenit̄.
Ppt̄ frigus piger arare noluit. mēdi-
cabit estate 7 ñ dabit̄ ei. Piger enim
desidie frigore ɔstrict̄ in hyeme nō
uult arare. Arat q̄ t̄ram cordis sui di-
ligent̄ excolens. 7 sentib; uicior̄ pur-
gat. 7 uom̄e rōnis scindit 7 penet̄t.
Iuxta illd̄. Scindite corda ur̄a. 7 sic
bonor̄ opū semina spargens in hye-
me uite p̄sentis p̄parat qd̄ in estate
future examinationis colligat. Tūc
eñ erit temp̄ colligendi qd̄ m̄ semi-
nam̄. Hui̅ estatis memoriā nobis
ap̄ls ingerit. q̄ndo exhortat̄ ut bo-
nū facientes ñ deficiam̄. metetis.n.
aut ñ deficientes. 7 alibi. Qui parce
seminat: parce 7 metet. 7 q̄ seminat
in b̄ndictionib; de b̄ndictioīb; 7 metet.
7 q̄ seminat in carne .i. in opib; car-
nis de carne metet 7 corruptionē.
Om̄s eñ tūc astabim̄ an̄ tribunal
xp̄i. ut recipiat un̄ quisq; p ut ges-
sit in corpe siue bonū siue malum.
Qui m̄ seminat ō pmdens in estatē

illam. tunc abundabit. piger uero q̄ n̄ arat mendicabit tunc 7 n̄ dabitur ei. n̄ ne t̄ mendicature uidentur fatue uirgines q̄ sapientib; dicture st̄. date nob de oleo uro. q̄ lampades nre extinguntur. 7 q̄ dn̄o dicent. dn̄e dn̄e apı nob. Mendicabunt q̄d 7 n̄ dabitur eis. q̄ 7 sapientes illis respondebt. ne forte n̄ sufficiat nob 7 uob. ite potius ad uendentes 7 emite uobis. 7 ipse dn̄s dicet illis. nescio uos. Nonne 7 mendicabt illi qui dicturi st̄. q̄d pfuit nob supbia 7 diuitiaꝝ iactantia q̄d contulit nob. ecce omnia illa tanq̄ umbra transierunt. Nos insensati uitā illoꝝ. i. iustoꝝ estimabam insaniā. 7 finem sine honore. ecce q̄m computantur int̄ filios dei. Mendicant ita frig qui in t̄p̄e negligentie frig bene opari noluit. S; ue tepori 7 torpori filioꝝ adam. Quantū hoc frig in hac abundet hyeme. pbabilius nos ipsa expientia docet. q̄m uba. Desides sunt ad psallendū. desides adorandū. desides ad meditandū in lege domini. desides ad nos exercendū in iustificationib; ei. Impeditissimi ad celestia. expeditissimi ad t̄rena sunt. Transeamus ad t̄cium frig. i. ad frig malicie. De hoc frigore ap̄ salomonē inuenis. Sic cisterna frigidam facit aq̄m ita 7 malicia animā. Hoc frigore n̄ nulli constricti. 7 austri. i. sp̄c sc̄i calore p quē caritas diffunditur in cordib; hominū resolui nescii semp ad rixas. 7 seditiones faciēdas

parati sunt. De talib; ad beatum iob a dn̄o dr̄. Numq̄d ingressus es thesauros grandinis aut thesauros niuis aspexisti q̄ pparaui in temp bellı 7 in diem pugne 7 hostis. P grandinem eni 7 niuē corda puisoꝝ. p maliciā frigida designantur. Alio tn̄ 7 alio respectu. Sunt enī duo gn̄a malignātiū. Alij enī in strepitu 7 tumultu 7 in contentionib; 7 rixis odia pariunt 7 exercent. 7 hij grandini conparantur. Alij eo ad nocendū efficatiores q̄ occultiores latent 7 in insidijs nocēt. 7 hij niui q̄ leniter 7 absq; strepitu cadit conferuntur. De manifeste malignis dicit salomon. totū sp̄m suū pfert stultus. De occulte nocentib; ut uigilantius caueantur. diuina pagina multiplici loquitur. Sic serpens mordet in silentio. ita q̄ fr̄i suo in occulto detrahit. Et filius sirach. t̄cia lingua multos turbauit pacē habentes. Et dd. Molliti sunt sermones eoꝝ sup oleum. 7 ipsi sunt iacula. Vtriq; mali in thesauris. i. in occultis diuine dispositionis iudicijs repositi sunt. ut ad utilitatē eccl̄e tempore suo conuertantur bonos seruire pmittantur. siue ut purgent. siue ut pbent. Pmissus ē assur iusto dī iudicio p̄p̄lm isrl̄ affligere ut eoꝝ scoria excoq̄ret adplenū. sicut dn̄s p ysaiam dic. Virga furoris mei assur 7 ipse ignorauit. Vt pbaretur loth in medio sodomitaꝝ habitare ē pmissus q̄ affligebat animā iusti. opib; puis. Restat de

frigore timoris. de hoc inuenis dominum in apocalipsi iohis dixisse ad quendam. Utinam esses frigidus aut calidus. sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Utinam inquit esses aut timore frigidus. aut amore calidus. frigore timoris gelidi sunt penitentes. amoris calore feruent proficientes. tempore desidie resoluuntur negligentes. Sed tepidum dominus euomit. tamquam illi nauseam procreet. Maledictus enim qui facit opus domini negligenter. Timore frigidus est penitens. Sua enim peccata contra se statuens. et illa considerata perhorrescens timore constringitur. ut nec oculos quidem audeat ad celum attollere. Timore frigidus est qui omni feruore spirituali carere se iudicans. aquilonis frigore congelatum se putat. Tali frigore congelantur penitentes in quorum persona propheta clamat ad dominum. Conuerte domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. et quibus per uirum sapientem dicitur. Sicut glacies in sereno soluentur peccata tua. Bonum est hoc frigus quo iustus ab omni feruore spiritus alienum se reputans. quod de se sentit humiliter. eo enim magis proficit ad augmenta uirtutum. Utinam hoc frigus in hac hyeme abundaret. Ceterum magis abundant tria prima frigora que pessima sunt. que generat flatus aquilonis. qui in huius seculi nequam hyeme. corda prauorum constringere non cessat. per cuius tam aptas quam occultas temptationes ignorantie tenebre et tribulationum

imbres hic exuberant. Quid autem de tenebris ignorantie loquar. cum non solum impii sint in tenebris. et in tenebris ambulent usque adhuc. sed et iusti quasdam tenebras patiantur. Hinc est uox illa iusti conquerentis. quare data est misero lux. Et paulo post. Uiro cuius abscondita est uia et circumdedit eum deus tenebris. Propter adductas igitur similitudines merito uita presens hyemi comparatur et hyemps dicitur. In hac hyeme dedicamur modo per uiciorum purgationem. modo per bonorum operum executionem. modo per bonorum spiritualium desiderium et contemplationem. Hanc dedicationem facit iudas. id est confessio. qui primo templum purgauit. dehinc altare dedicauit domino. quia primo necesse est ut per confessionem emundemur. dehinc per uirtutum exercitium et operationem perfecte domino dedicemur. Sequitur de illa templi dedicatione que in uere facta est. Uer tempus est floridum et amenum. In uere figuratur status ille quem habent anime. id est sanctorum a carnis solute uinculis usque ad diem iudicii. nec ab re est quod status ille ueri assimilatur. flores erumpunt in uere. In flore spes fructus. In illo autem statu sanctorum anime quasi flores parturiunt. Necdum enim ad maturos fructus peruenerunt quamdiu carent stola secunda redemptionem sui corporis expectantes. Quia tamen amenitate gratissima perfruuntur. in ameno uere iure esse dicuntur. In hoc uere dedicantur anime per munditiam consummatam. per leticiam inconcussam. per contemplationem irreuerberatam. Hac

dedicatione fac ihc. i. saluator. licet
enim ad pacem pris plenaria non attin
git quamdiu sui corporis redemptionem
ut diximus prestolantur. liberi tamen quod ad illum
peruenerunt statum cum propheta clamare pos
sunt. Anima nostra sicut passer erepta est
d. l. u. Laqueus c. et n. l. s. Restat de
tertia dedicatione que facta est in autum
no. Autumnus est tempus colligendi fruc
tus. per hoc tempus accipitur status qui sequitur
communem resurrectionem quando omnes asta
bimus ante tribunal xpi. recepturi
prout quisque gessit in corpore siue bonum
siue malum. In illo statu dedicabuntur
sancti per iocunditatem incommutabilem. per di
lectionem inextinguibilem. per pacem
inperturbabilem. Unde et congrue attribu
itur hec dedicatio salomoni quod paci
ficum sonat. Uerus enim salomon non
solum inter deum et homines. non solum inter ho
mines et angelos plenariam pacem faciet
sed inter ipsas animas et corpora que modo sibi
inuicem aduersantur confirmabit tantam
et tam perfectam concordiam ut quicquid
erit iocundum spiritui carnem delectet.
ut nichil omnino sit in carne quod spiritum
molestet. sed unanimi pariter uolun
tate cor et caro hominis exultent
in deum uiuum. Cuius exultationis ut
participes esse possimus de prima dedi
catione ad secundam. de secunda ad tertiam
transire nos faciat futurorum bonorum
pontifex ihc xpc. Qui cum patre et
spiritu sancto uiuit et regnat deus per in
finita seculorum secula. Amen.

Item de eodem.

Fluminis impetus letificat
ciuitatem dei sanctificauit tab
naculum suum altissimus. deus in
medio eius non commouebitur.
adiuuabit eam deus uultu suo.
Multa et uaria tabnacula fuisse ut
esse altissimi. nullus qui diuine doc
trina pagine satis imbutus sit.
ignorat. Si enim plura tabnacula
non haberet altissimus. idem propheta de quo
propositum assumpsi capitulum. non diceret
alibi. Quam dilecta tabnacula tua do.
uir. Habuit altissimus tabnaculum
cuius formam. immo quod informam
moyses legis lator accepit in mon
te. de quo tabnaculo liber exodi. leui
tici. numeri. deuteronomii latius
disputant. de quo tabnaculo dicit apostolus
Tabnaculum secundum est primum in quo intro
ibant sacerdotes sacrificiorum officia
consummantes. Habuit et tabnaculum
altissimus uterum sacre uirginis. ex quo
et in quo altissimi dei filius sibi carnem
assumpsit. in quo et nouem mensibus habi
tauit. de quo tabnaculo ut domo dicitur
in euangelio. Intrauit ihc in quoddam
castellum. et quedam mulier excepit eum
in domum suam martha nomine. Quia
enim per martham et mariam duas sorores
due uite actiua uidelicet et contem
platiua designantur. Nomine marthe
uel marie beata uirgo nuncupatur.
eo quod utramque uitam in se expressit. Fu
it enim martha saluatori ministran
do. fuit maria uerba xpi in corde suo
conferendo. sicut legitur. Maria autem

conseruabat

conseruabat omnia uerba hec conferens in corde suo. Hec dominum ihesum in castellum mundi huius intrantem excepit in domum uteri sui. Ideoque in die assumptionis eius euangelium illud legitur. Intrauit ihesus in quoddam castellum. Dicitur et tabernaculum altissimi homo assumptus. quem in unitatem persone dei uerbum assumpsit in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit. de quo tabernaculo dicit psalmista. In sole posuit tabernaculum suum. In sole autem id est in manifesto. in oculis solis. ut qui in natura diuinitatis oculis carnis uideri non poterat. in tabernaculo quod pro nobis exhibuit pugnaturus: uideretur. De quo et tabernaculo alibi legitur. Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitauit cum illis. Dicitur et tabernaculum dei templum manu factum quod pontificum manibus diuinis usibus consecratur. De quo tabernaculo canitur. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Et hec est domus dei in qua inuocatum est nomen eius. Est et tabernaculum ecclesia militans in terris. de quo tabernaculo dicit propheta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et alibi. Introibo in locum tabernaculi admirabilis. Dicitur et tabernaculum dei ecclesia triumphans in celis de quo tabernaculo dicit apostolus. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum id est non huius creationis. neque per sanguinem hyrcorum aut uitulorum. sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Primum ergo tabernaculum dici potest tabernaculum preparationis. secundum desponsationis. tertium reparationis. quartum supplicationis. quintum iustificationis. sextum glorificationis. Primum tabernaculum umbratile. secundum uenerabile. tertium imitabile. quartum utile. quintum admirabile. sextum desiderabile. Sanctificatio primi tabernaculi fuit eclyptica. secundi pacifica. tertii unica. quarti typica. quinti pudica. sexti deifica. Iuxta uarietatem ergo tabernaculorum uariari potest explanatio expositorum. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus et cetera. Quedam quidem in hoc capitulo sunt. que de primo tabernaculo legi possunt. quedam uero que illi tabernaculo non possunt assignari. Sanctificauit enim dominus tabernaculum illud id est illa in quibus sanctificabatur per famulum suum moysen tradidit. Fuit autem sanctificatio illa in baptismatibus uariis et legalibus cerimoniis. Ceterum nichil ad perfectum adduxit lex. nec perfectum quempiam potuit exhibere iuxta apostolum seruientem in huiusmodi. Semper illius tabernaculi sanctificatio defectum et eclypsim passa est. unde illam eclypticam uocaui. Populus enim dure ceruicis semper in uaria sparsus desideria. numquam in eodem permansit statu. sed pleuitate cordis sui. nunc deo. nunc diuersis idolis seruiebat. Modo inuocabant beelfegor. modo baalim. modo moloch. immo uniuersam celi miliciam adorabant. Ipsis et serpentibus et bestiis terre thura adolentes. talpas et uespertiliones adorabant. et fecerunt uitulum

in horeb. et adorauerunt sculptile.
Intra terminum promissionis ipse pontentis-
simus eorum rex salomon et sapientis-
simus. apostatauit a deo. et uxorum
suarum quas habuit plurimas uariis
idolis thura incendebat. Sub iero-
boam filio nabal qui peccare fecit
israel fecerunt duos uitulos aureos.
et posuerunt unum in dan. alterum
in bethel. unde et bethel quod domus dei dicitur,
uocata est bethauen. id est domus idoli.
Sanctificationem itaque ut patet habuit
tabernaculum illud eclipticum. Quod autem
sequitur deus in medio eius non commouebitur
illi tabernaculo non congruit. et inimici nostri
sunt iudices. Iosephus enim iudeorum hy-
storiographus decursa antiquitatis
hystoria. cum de euersione templi su-
prema quod sub tito et uespasiano facta est
loqueretur. memorat uirtutum angeli-
carum uoces imminente excidio audi-
tas dicentes. Migremus ex his sedibus.
Impleta prophetia est quod per osee dominus dicit
ad synagogam. Expectabis me. non for-
nicaberis. et uiro non eris. Expectat
enim synagoga saluatorem qui liberet eam.
expectat. reexpectat. modicum ibi.
modicum ibi. Non fornicatur modo cum idolis.
et tamen non est uiro. Quem enim habet. id est quem
habere se putat. hic non est suus uir. Qui
enim non habet filium. nec patrem habet. Mo-
tum est igitur illud tabernaculum. Quia enim
non receperunt dei filium per apostolos conuer-
sus est ad gentes. Carnalis uero israel iux-
ta eundem osee expectat. et sedebit di-
es multos sine rege et sine principe.
sine sacrificio et sine altari. sine e-
phot et sine theraphin. id est sine figuris.
Quia igitur primo tabernaculo proposita uerba
non conueniunt. conuertamus ad secundum taberna-
culum. id est ad beatam uirginem cui congru-
enter aptantur. Siquidem totus ille psal-
mus iuxta ista uerba supra scripta sunt de my-
steriis dominice incarnationis digestus
est. Unde et titulus psalmi sic habet. Psalmus
dauid pro archanis. intellectus filiis
chore. psalmus enim ille est dauid. id est
cuiuslibet fidelis de illo populo. intellec-
tus filiis chore. id est calui. filiis christi.
qui in caluaria crucifixus est. pro archa-
nis, archana incarnationis ipsius
secreta mysteria sunt. De hiis archanis
dicit ysaias. Secretum meum mihi. secre-
tum meum mihi. dicatur igitur de beata uir-
gine. Fluminis impetus letificat
ciuitatem dei. Sanctificauit tabernacu-
lum suum altissimus. Per fluuium spiritus sanctus
cunque spiritus designatur. Inde est illud eu-
angelicum. Qui credidit in me di-
cit saluator. flumina de uentre
eius fluent aque uiue. Hoc autem in-
fert euangelista. dicebat hoc de
spiritu quem accepturi erant credentes
in eum. Per ciuitatem uero et tabernaculum
iuxta hanc lectionem sacra uirgo in-
telligitur. Si enim peruerse anime ciuita-
tes diaboli sunt quia in ipsis munimen-
tum et refugium habet iuxta illud. Ini-
mici defecerunt framee in finem
et ciuitates destruxisti. iure a si-
mili beata uirgo ciuitas dei dicitur.
quia in ipsa deus fortissimum sibi posuit

munimītū. Hāc ciuitatē fluminis impet' letificauit. q' iuxta pmissū gabrielis archangli supueniens ī ea sp̄c sc̄s in dō salutari suo exultare illam fecit. ipa teste q̄ ait. Et exultauit sp̄s m̄s in dn̄o 7c̄. Venit aūt in eā ñ stilla sp̄c s; impet'. i. affluentia magna. Vn̄ 7 ab anglo gr̄a plena dr̄. Et scificauit tabnaclm suum altissim'. q' uirt' altissimi obūbrās ei tam carnē ei' q̄m sp̄m ab oī pecco purgauit. ut ex ea purā 7 īmunem ab oīu labe pecci carnē assumeret filī' dī. Purgauit aūt eam ñ solū a reatu uerū 7 a pruritu. plenā pacē faciens in ea. ut nec caro ei' adusus sp̄m nec sp̄s aduers' carnem ꝯcupisceret s; certā pacem haber. tabnaclm illud dei. Vn̄ 7 scificatio ei' tabnaculi pacifica dr̄. Sequit'. Ds̄ in medio ei'. q' filius dei in utero ei'. portabat a q̄ portabat'. circumdabat a q̄ cc̄ūdabat'. Nouū ait ieremias faciet dn̄s sup t̄rā femina circūdabit uirū. S; uir ē ibi nom̄ sexus. Que nouitas ē qd femina circumdedit uirū? hoc ñ ē nouitas. Non ē hoc nouū neq; recens sup t̄ram. īmo sic ē 7 sic pmanet ab initio. qd femine gremijs uxor' suor' circumdant infantes suos. Vt g̃ sit ī circumdatione nouitas: uir ē ibi nom̄ pfectionis 7 fortitudinis. Ds̄ enī hominē quē assumpsit. statim ex quo assūpsit. tantā pfectionem sapientie 7 potentie ꝯtulit: ut ñ minoris sapientie ul' potentie fuerit in uirginis posit' utero. q̄ fuerit triginta annor' docens in t̄eplo. Non ꝯmouebit'. Non enī mota ciuitas h̄ a statu pudoris uirginei ꝑ pt' partū. s; nouo 7 inaudito miraclo. 7 filium pepit 7 uirgo pmansit. Virgo ante partū. uirgo in partu. uirgo p̄ partum. Adiuuabit eam ds̄ uultu suo. Vel eam ds̄ uultu suo adiuuit. quia oclis sue pietatis tā salubrit' respexit. ut ñ solū illi s; 7 toti mundo pillā salutē ꝯferret. Vl' certe adiuuit eam ds̄ uultu suo. i. ꝯformitate sui uultus. Qualis fili'. talis mat'. Virgo fili'. uirgo mat'. Innocens fili'. īnocens mat'. Jam ad tciuum tabnaclm explanationē uitam'. Fluminis impet' letificat ciuitatē dei. Ciuitas dei fili' dei xp̄c. Vel ciuitas fortis 7 inexpugnabilis. De q̄ ciuitate dicit ysaias ad syon. Vrbs fortitudinis nr̄e syon: saluator. Syon ibi ē uocatiuus ñ noīatiuus. Et est. ó syon: saluator ē urbs. i. munitio 7 firmamētū fortitudinis nr̄e. In ipo habem' quā in urbib; solem' habere spem fortitudinis. Jdo dicit sapiens. Turris fortissima nom̄ dn̄i. i. ih̄c saluator. Ad ipam currit iustus 7 saluabit'. Hanc ciuitatē letificat fluminis impetus. i. sup affluentia sp̄c. Vnct' ē enī oleo leticie p̄ participib; suis. Vn̄ 7 xp̄c dictus ē. Nō enī illi teste iohe ad m̄surā dedit ds̄ sp̄m. Ceti ū diuisiones gr̄ar' acceperūt. ad m̄surā donationis xp̄i. 7 unicuiq; sicut diuisit xp̄c. 7 de plenitudine

eius nos om̄s accepim⁹. Ipse ē caput
a quo descendit unguentū in bar
bam barbam aaron .i. in aplos 7 a
plicos uiros q̄ xp̄c fortitudinē bar
be noīe designant. 7 in horā uestim
ti eius .i. ī infimos 7 in ultimos scōs.
qui sūt q̄i hora uestimti ei⁹. ip̄i⁹ .s.
aaron .i. xp̄i. q̄ aaron dr̄ ut p̄pter
pontificiū. ut q̄r mons fortitudi
nis aut montanus ē qđ sonat aarō
p̄ eminentiā uirtutis 7 potētie. Hāc
ciuitatē hoc tabnaclm̄ scīficauit al
tissim⁹. q̄r hominē assumptū scīfica
uit .i. scm̄ fecit. assumens ds̄. Qui
eni scđm diuinitatē scs̄ fieri n̄ potu
it. in q̄ natura ab eťno scs̄ fuit: in
humana natura q̄m accepit se scī
ficauit .i. scm̄ fecit. sic dicit beatus
augustin⁹ sup iohem ubi capitlm̄
illud exponit 7 p̄ eis scīficabo me
ip̄m. Scīficauit aūt se in se .i. se ho
minē in se ūbo. Ut certe scīficauit
tabnaclm̄ suū altissim⁹ .i. deo patri
p̄ nob̄ obtulit. Sic eni 7 de panib;
scīficatis in regū uolumine. 7 de ci
bis scīficatis .i. oblatis in leuitico
legim⁹. Scīficatio hui⁹ tabnaculi ſ
fuit unica. q̄r nec p̄mā similē ui
sa ē nec habe sequentem. Nemo eni
fuit p̄ter ip̄m solū. q̄ ut origine n̄
ɔtraxerit. ut actione n̄ ɔmiserit ꝉ
peccm̄. Ds̄ in medio ei⁹. q̄r ds̄ erat
in xp̄o mundū recōcilians s̄ 7 om̄is
plenitudo diuinitatis habitauit in
ip̄o corpalit̄. Nō ɔmouebit̄. A uolū
tate eni diuinitatis uoluntas hu
manitatis xp̄i n̄ ē mota. Ad nutū
quidē uoluntatis superioris uoluntatē
inferiorē semp̄ correxit 7 direxit.
Vn̄ cum dixisset pat̄ si fieri pot̄
transeat a me calix iste. uoluntatē
hominis uoluntati di subdens. in
tulit. Verumtam̄ n̄ sic ego uolo:
s; sic tu uis. Adiuuabit eā ciuitatē
ds̄ uultu suo. Vult⁹ dei. filī⁹ dei. Sic
eni p̄ uultū homo: ita p̄ filiū cog
noscit̄ pat̄. Ipse ē imago patris oī
no exp̄sse repsentans patrē. qui eni
uidet filiū: uidet 7 patrē. Vult⁹ ḡ
dei adiuuit illam ciuitatē. q̄r uer
bum adiuuit hominē assumptū.
iuxta illđ. Accinge gladio tuo sup
femur tuū. potentissime. specie
tua 7 pulcritudine tua. Accinct⁹
fuit gladio diuinitatis sup femur
humanitatis. potentissim⁹ n̄ ex na
tura illa in q̄ uiderūt eum iudei.
7 n̄ erat ei spēs neq; decor. un̄ nec
reputauerūt eum. s; potentissim⁹
spē sua 7 pulcritudine sua .i. ex
natura diuinitatis. de q̄ pulcritu
dine scriptum ē. regē in decore suo
uidebūt oculi eius .i. iusti. Adiuuit
ḡ ds̄ assumptū hominē uultu
suo .i. potentia ūbi. ut peccare
n̄ posset. Sicut eni ferrū licet ex
natura sua susceptibile sit frigi
ditatis. si tam̄ semp̄ sit in igne
feruentissimo: frigescere non
pot̄. id eni calor ignis n̄ patitur:
ita homo assumpt⁹: ūbi potētia
ab omī penit⁹ peccō secur⁹ 7 in

munis seruabatur. Veniant ad quartum
tabernaculum. Sanctificauit tabernaculum h
altissimus. i. manib; pontificis s. co
secrauit. ut in eo nomen domini inuocet.
7 ubi d domino supplicet. ut in h orato
rio nemo aliud agat n ad qd e fac
tum. unde 7 nomen accepit. Deus in medio
eius. psallentib; 7 orantib; in eo adest
dominus. adsunt angeli. qui uiderint aliquos
orantes ut psallentes sapienter. ap
plaudunt 7 assistunt eis. 7 preces 7 lau
des eorum offerunt altissimo. ad eos cum
benedictione redeuntes. Quod si uide
runt alios aliis psallentib; ut oran
tib; negligentes dormire. ut uanis
7 otiosis cogitationib; intente exponere.
preteriunt eos benedictione non data. iux
ta illud prophete. Et non dixerunt qui preteri
bant benedictio domini super uos. Iuxta
hanc expositionem non idem est ciuitas 7
tabernaculum. Vos enim estis ciuitas. Ci
uitas enim est congregatio hominum ad
iure uiuendum. Vos letificat flumi
nis impetus. i. affluentia sancti spiritus. in
hac sancta sollempnitate. Hec ciuitas
domino uolente non commouebitur a proposi
to sancto 7 a uotis que distinxerunt labia
sua. Et si aliquando impellente tempta
tione concussa forte ad horam fuerit.
adiuuabit eam deus mane. i. gratia
renascente. diluculo. i. festinan
ter. Iam quia sanctificatio huius tabernaculi
typica est de sanctificatione potius quan
ti tabernaculi cuius hec figura est lo
quamur. Fluminis impetus letificat
ciuitatem dei sanctificauit tabernaculum

suum altissimus. Deus in medio eius non com 123
mouebitur. adiuuabit eam deus uultu
suo. Idem est hic ciuitas 7 tabernaculum.
ecclesia ut quelibet fidelis anima. De hac quoque
ciuitate legitur. Non potest ciuitas abscon
di super montem posita. Hanc ciuitatem
letificat impetus fluminis. i. spiritus sancti.
Huius enim ciuitatis gaudium in spiritu sancto.
Spiritus sanctus huic ciuitati fons est proprius cui
non communicat alienus. Sanctificat tab
naculum suum hoc altissimus. qui factus est
nobis a deo patre sapientia 7 iusticia. sanc
tificatio 7 redemptio. In huius tabernaculi
sanctificatione completur spiritaliter. quicquid in
tabernaculo facto. pontificalib; mini
steriis agitur. Hoc enim tabernaculum spirita corporali
liter. sicut 7 illud corporaliter. aspergitur. i un
gitur. inscribitur. illuminatur. benedicitur.
Huius tabernaculi sanctificatio in trib; com
pletur. in peccatorum deletione. in iusticiarum
executione. in interioris 7 exterioris ha
bitudinis honesta compositione. Peccata
delentur. si 7 de preteritis penitentiam
culparum qualitatib; congruam agas. 7
iterum penitenda non admittas. teste quod
ysidoro. irrisor est 7 non penitens qui 7
preterita plangit. 7 iterum flenda com
mittit. Peccata ergo preterita deflere. 7
denuo flenda non admittere. ad aspersio
nem huius tabernaculi spectat. Huius aspersio
nis aque admiscentur tria. sal discre
tionis. cinis. i. consideratio proprie resolutio
nis. uinum. i. austera recordatio pre
rite conuersationis. Sic enim congruenter con
ficitur aqua penitentie. si inter tenebras
7 lucem. inter preciosum 7 uile. inter iur-

tutes et uicia. prudenter et perspicaciter discernas. et deinde propriam resolutionem quia cinis es et in cinerem reuerteris diligenter aduertas. si denique preteritas iniquitates tuas cum graui et austera censura retractes. et penses et punias. dicens cum ezechia domino. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine anime mee. Debet autem hec aqua aspersorio facto de ysopo spargi. Ysopus humilitatis indicium est. Qui enim se recolit magna crimina commisisse. licet austera se cruciet et affligat penitentia si forte uideat aliquos qui sine criminibus peccatis uixerint remissius agere. illis se non preferat uel conferat. sed tamen de ipsis quam de se non quid agant sed quid egerint attendat. sic non quid erat sed quid fuerat beatus paulus attendit dum aliis se iudicaret inferiorem. sicut ipse ait. Michi omnium sanctorum minimo data est gratia hec. Et alibi. Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus uocari apostolus. quia persecutus sum ecclesiam dei. Et qui fui blasphemus et persecutor et iniuriosus. Peccatorum ergo deletio primum membrum sanctificationis est. quod attinet ad aspersionem tabernaculi. Secundum membrum sanctificationis est iusticiarum executio. non sufficit declinare uel punire mala. nisi et facias bonum. non sufficit cauere que prohibentur nisi et agas que precipiuntur. Qui uitat mala demeretur supplicium. qui facit bona meretur premium. Tercium membrum sanctificationis est exterioris et interioris habitudinis honesta compositio. ut feras formam christi et intus coram deo et sanctis spiritibus et extra coram hominibus. ut et per mentis honestum propositum et sanctos cogitatus placeas deo. et per uerborum. motuum. gestuum. religiosam conuersationem placeas proximo. Debes christum ponere ut signaculum super cor tuum. ut signaculum super brachium tuum. ut signaculum super frontem tuam. Super cor per dilectionem. super brachium per operationem. super frontem per confessionem. ut christum et formam eius et paupertatem christianam non erubescas. sed potius diuitiis egipti preponas improperium christi. et abhominationes egiptiorum immoles deo tuo. Impressa et inscripta appareant in tabernaculo corporis tui elementa tue professionis. ut qui uiderit tuam conuersationem. legere et intelligere ualeat in ipsa tuam professionem. Sit autem hec inscriptio ab angulo in angulum. a principio scilicet conuersionis tue usque ad finem uite tue. uel a principio boni operis usque ad consummationem. uel ab angulo pedis usque ad angulum capitis. ut tam habitus quam singuli motus corporis tui secundum propositum tuum loquantur et profiteantur.

Sequitur. Deus in medio eius. In medio huius tabernaculi deus est. qui et ungat affectum et illuminet intellectum. Vngat conferendo deuotionem. illuminet apponendo cognitionem. Sic unctum et illuminatum non commouebitur. Non commouebitur quodam modo pertinet ad benedictionem. Sed benedictio consummatoria est quod sequitur. Adiuuabit eam scilicet ciuitatem hanc deus uultu suo. Est enim quedam triplex benedictio. Benedictio consolationis. benedictio confirmationis. benedictio consummationis. Benedictio consolationis

gustum suauitatis ppinans. spe
9fortat. 7 psentiu malo2 assult
q2 in comodis sca fatigat anima.
mitigat. Bndictio 9firmationis
mtem 9solidans gruitate quada
7 robore pseuantie apponit fortitu
dine. Bndictio 9summationis stola io
cunditatis 7 indumtis etne salutis.
uestiens electos. pficit beatitudine.
Iam differendu e de sexto tabnaclo.
fluminis impet letificat ciuitatem
dei. 7c. Ciuitate supna matre nram
ierlm q sursum libra e. fluminis
impet letificat. Illam eni sci spc
affluentia n stilla. plenitudo non
gutta. refrigerans 7 omi suauita
te satians. letificat 7 iocundat.
Scificabit tabnaclm suu altissim.
Quisqs ibi e. scs e. Non e ibi mix
ta palea cu grano. amurca cu oleo.
Scitas uie qmlib7 pfecta. pecco no
caret. Si dixerim q2 peccm n habe
m nos ipsos seducim 7 ueritas in
nob n e. dicit uir scs. Ibi u defe
cata scitas e q2 sic ibi mors locu
n ht. ita nec peccm nec aliqd ad
usum. Ppt scificationis illi festi
ua iocunditate spalit ad iudam
dr. Celebra iuda festiuitates tuas
7 redde altissimo uota tua. q2 no
adicieť ultra ut ptranseat p te be-
lial. uniuersus interiit. Ds in medio
ei. Ibi ds omib; comunis. os ciui
tatis illi ciues gre 7 glie sue parti
cipes facit. No comouebit tabna
culu suu ut ciuitas. In hi exilio si

cut qs pficere ita deficere pot. 7 qsl libet
7 qmlib7 scs a scitatis fastigio cadere
ualet. Ido dic beat apls. Qui stat ui
deat ne cadat. Illuc u semel intduc
t 9motu n potit. Hanc multimoda
ciuitatis illi felicitate facit. 9firmat.
7 ppetuat 9templatio creatoris. sicut
subdit. Adiuuabit ea ds uultu suo.
Ex affluentia g sci spc. 7 iocunditate
mutue caritatis. e in illa ciuitate
indicibilis exultatio. e in illa plena
7 9summata scificatio. e 7 ds in medio
ei omib; oia. uict. uestis. 7 alia que
uelle pot mens pia. e 7 ibi scificati
onis sic 7 beatitudinis rata. firma 7
in 9cussa. 7 etna stabilitas. q nulla
pot labefactare. imo nec attemptare
comotio. 7 hec oia bona 9fert beati
dei beata 7 ppetua uisio. Cui uisi
onis nos participes faciat ihc xpc
dns nr. Qui cu patre 7 spu sco. u. 7
r. ds. p. o. s. s. Am. Item de eodem.

Ferculu fecit s rex salomon
de lignis libani. co. ei. fe.
ar. re. an. as. pur. me. ca.
9pp. fi. ierlm. Vba q ppo
sui dnu mei 7 patres inani
a iudent 7 friuola. 7 nichil uti
litatis ut edificationis 9tinent.
si littera occidens. 7 n spc uiuificans
attendat. Et qd pbabile satis e
qd salomon rex isti q puilegio
sapie singlaris insignit. qui ad
mirabilis potentie prerogatiua
pclar. q sublimitate ta eminen
tis glie pdit fuit. ut de-

illo spiritualiter ipsa veritas dicat. cum filiorum pulcritudinem commendaret. quod salomon in omni gloria sua non fuit coopertus sicut unum ex istis. Probabile tamen quidem satis est ut rex adeo sapiens. adeo potens. adeo gloriosus. ferculum .i. vehiculum facere potuerit de lignis libani cuius columpne argentee. reclinatorium auro vestitum. gradus colore purpureo fuerint decorati. Porro nulla videtur veritate suffragante subnixum. immo plane veritati refragatur. et est contrarium quod subditur quod ferculum illud constrauerit media caritate. quod dicit media caritate. veritatis imaginem. si litteram occidentem sequamur. Ceterum quoniam regem illum qui spiritum sapientie et intelligentie singularis accepit a deo: non est credibile fuisse mentitum. maxime in amoris epithalamio. quod totum mysticis spiritualibus redundat. effodiamus terram ut eiciamus thesaurum. exprimamus olivam ut effundat oleum. triturem spicam ut excutiatur granum. penetremus litteram ut abstrahamus spiritum. pungamus cor ut proferat intellectum. ferculum fecit sibi rex salomon. Salomon ille qui rex. qui sapiens. qui in temporibus pacificus: figurat christum qui vere rex est et princeps regum terre. cuius multiplicabitur imperium et regni eius non erit finis. qui super solium david et super regnum eius sedebit in eternum. et qui gentes reget in virga ferrea .i. in iusticia inflexibili. Ipse non solum sapiens: sed ipsa sapientia est. ipse non solum pacificus sed ipsa pax est. sicut de illo propheta longe ante dictum est. et erit iste pax assirius. cum venerit in terram nostram et calcaverit in domibus nostris. Cum enim assyrii qui in tempestatibus dirigens .i. diabolus impugnationum acies contra nos dirigit et domos consciarum nostrarum vult calcare: christus pro nobis pugnat. nos tuetur et motus fluctuationum et temptationum mitigans nobis pacem facit. de quo et apostolus dicit. quia ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. crucifixionem scilicet et preputium. suimus federavit. pacificans que in celis et que in terra. Ecce plus quam salomon hic. Iste salomon fecit ferculum .i. vehiculum de lignis libani. de lignis candidatis quam exhibuit sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Ecclesia enim vehiculum christi est. Ipsa quidem tam in se quam in singulis suis membris christum fert. Iuxta illud apostoli. Empti precio magno. glorificate et portate deum in corpore vestro. vehit illum corde. vehit ore. vehit opere. vehit corde per dilectionem. vehit ore per predicationem. vehit opere per mortificationem sicut dicit apostolus. Mortificationem ihesu circumferentes in corpore nostro. Et mirum de ferculo hoc quod fert illum a quo fertur. iuxta illud de symeone. et portabat a quo portabatur. illum scilicet qui portat omnia verbo virtutis sue. illum qui fert ipsum ferculum. et evehit et elevat de carne ad spiritum. de terra ad celum. de exilio ad regnum. ferculum hoc fecit salomon. quod enim ferculum eius sumus. quod boni sumus. ipse fecit. quia teste apostolo ipsius figmentum sumus creati in operibus bonis. Et sibi fecit ut ei soli non mundo. non inani glorie serviamus. ferculum fecit de lignis libani .i. lignis libani. vivis. condensatis. sed altius radicata. sed porrectius erecta. sed imputribilia. sed et libani .i. candidationis

nec habet

et im

ligna. Talia sunt ligna de quibus ferculum salo
monis construitur. Alte radicata sunt per fidem.
sursum erecta per spem. imputribilia per pro
positi feruorem. candidata per castitatem. Im
putribilia nunquam propositi feruorem. quia sic
negligentia corrumpitur. iuxta illud. Pu
truerunt et corrupte sunt. ci. m. a. f. i. s. m.
Ita propositi feruor a uiciorum putredine
animas custodit. Et hec generaliter ferculo salo
monis conuenit. hec generaliter uniuerse ecclesie
congruit. ut constet de lignis libani. Non est
ecclesie membrum ecclesie membrum. qui non est libani
lignum. Nichil illi in ecclesie qui fidem sanam
non habet. quia sine fide impossibile est place
re deo. Non pertinet ad ecclesiam qui ea sursum sunt
non querit. ea que sursum sunt non sapit. ubi christus
est ad dexteram dei sedens. Non est pars nec
sors illi in ecclesia qui per negligentiam compu
trescit sicut iumentum in stercore suo. i. fruc
tu et bonis expers obduratur in peccato suo
suo. Non spectat ad edificationem corporis
christi. qui lignum libani. lignum candida
tionis non est. qui candidatus per mundiciam
non est. Lignum libani. i. candidationis
dicitur non candoris. castitatis non uirgini
tatis. uirginitatis necessitatem non
imponit sed castitatis. Non enim solum qui
uirgo est ecclesie membrum est. sed nullus qui
castus non est ad ecclesiam pertinere. Colump
nas eius fecit argenteas. re. au. as. pur.
Ostenso quod ecclesie generaliter conueniat u
niuerse: ecclesiam per tres ordines saluan
dorum distinguit. Sunt enim ut eruditio
uestra nouit in ecclesia tres tantum ordines
saluandi. Actiui uel officiales. specu
latiui siue claustrales. coniugati seu pe
nitentes. Hii sunt tres uiri quos saluan
dos uidit propheta. noe. daniel. et iob. Hii
sunt in lege tria genera holocaustorum. ho
locaustum bouis. holo. ouis aut capre.
holo. auis. Hii sunt tres filii iacob. coram
quibus manifestatur. qui sedet super cherubin.
effraim. beniamin. et manasses. Hii
sunt tres reges qui adorant christum. offerentes
ei munera. aurum. thus. et myrram. Hii
sunt maria. martha et lazarus. Notate
uerba. signate mysteria. Hii sunt tres ui
ri pergentes ad deum in bethel. unus fe
rens tres edos. alius tres tortas panis.
alius lagenam uini. Tres edos ferunt peni
tentes. tres tortas panis agentes. la
genam uini contemplantes. Penitentes fe
runt tres edos. i. tria peccatorum genera. pec
cata cordis. peccata oris. peccata operis.
Qui enim uere penitet et uere conuertitur ante
oculos suos peccata sua ponit. et accusan
do. confitendo. recogitando in amaritu
dine secum gerit quicquid uel cogitando uel
loquendo uel agendo macule criminalis
contraxit. Tres tortas panis portat acti
uorum ordo. Sunt enim inter hos ordines tres di
stinctiones. predicatores. rectores. uel
ruricique uicarii uel subministratores. Pre
dicatores pane uite et intellectus. pane
uerbi dei. rectores pane temporali. sub
ministri alius isto. alius alio pane eccle
siam cibant. Sed notandum quod non dixit sim
pliciter panem. immo tres tortas panis.
quia in omni genere labor est et afflictio spiritus.
et sollicitudo multiplex. torquet ani
mum et cure cor urentes. Martha. m.
sollicita est et turbatur erga plurima.

Contēplatiui ū lagenā uini ferē. que giňat gaudiū spāle. Cū eñi in ipis q̄dā spāli grā regnet ds. in seipis q̄dām iā expimunt̄. ñ ē regnū dei esca ⁊ potꝰ. s; iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spū scō. Cum tñ lēgenā audio nr̄e pegnationis admoneor in q̄ spālis dulcedo dat̄ ad m̄surā. In futō aū m̄sura erit sup̄ m̄surā. m̄sura sine m̄sura. Audi m̄suram sup̄ m̄surā. Id eñi ait apls. momtaneū ⁊ leue tribulationis nr̄e sup̄ modū ī inm̄sitate etnū glĕ pondꝰ opat̄ in nob ñ ɔtēplantib; q̄ uident̄. s; q̄ ñ uident̄. Sup̄ modū inq̄t ⁊ i inm̄sitate etnū pondꝰ. Omia hec accumulat̄ m̄surā ⁊ sine m̄sura factū. In eūglio habem̄ dnm̄ sic pmittentē. Mensurā bonā ⁊ ɔfertā ⁊ coagitatā. ⁊ superaffluentē dabt̄ in sinū urm̄. Sic nulla ē ɔpatio gňi ad aceruū. oboli ad thesaurū. lapilli ad montē. guttule ad fontē. stillicidij ad fluuiū. riuuli ad abyssū. sic nulla ē collatio gaudij qđ in p̄senti ad ɔsolationē pgustat̄. ad illā suauitatē q̄ in oī affluentia ad beatitudinē in futō scīs ppinabit̄. hic eñi ē gustꝰ. ibi debriatio. hic modicū qđ suauitatis sentit̄. ibi plenitudo. hic micę cadentes de m̄sa dnoꝝ suoꝝ. ibi deliciaꝝ oīum plena ⁊ ɔsūmata refectio. Pulcre itaq; dcm̄ ē. ferens lagenā uini. Cū ueñis inq̄t samuel ad q̄rcū tabor. inuenient te tres uiri. p. ad dm̄ in bethel. un̄. f. t. h. alt̄ tres. t. p. al. lage. u. ⁊ subt̄. ⁊ tēscito qđ unxerit te ds in p̄ncipem ppli. Cū ueñis inq̄t ad q̄rcū tabor. ad fidē xpi. In q̄rcu q̄ arbor siluestris ē ⁊ ī fructuosa crux intelligit̄ xpi. q̄ uideris qđ sint scandalū. gentib; aū stulticia. Ipi discipli q̄i stultem putabāt crucē cū pgentes in emaus tpi de xp̄o dubitant̄ dicebāt. Et nos putabam̄ qđ ipe redēpturꝰ eēt isrl̄. s; uirga áaron sicca ⁊ arida. lignū siccū ⁊ sterile. frondiut ⁊ floruit. ⁊ pepit amigdala salutis nr̄e. In tabor q̄ int̄ptat̄ ueniens lum̄. diuinitatis claritas intelligit̄. Venit g̃ ad q̄rcū tabor qui xp̄m ñ solū passū credit ex humanitate. s; iā inmortalē ex dei uirtute. ⁊ lucē inaccessibilē fuisse sēp ex diuinitate ⁊ eē. Cū g̃ ueñis ad q̄rcū tabor. i. ad fidē xpi. ⁊ infueris īn de fide ad imitationē. xp̄o eñi incarne passo. eađ debes cogitatione armari. īuenient te tres uiri. ⁊ tūc scito quod unxit te ds in ducē ppli. No dicit inuenies tres uiros. s; īuenient te tres uiri. Illū hij tres uiri īuenuīt. qui in his trib; gradib; dignꝰ inuenit̄. imitatione. hij eñi ordines ñ solū in diuisis s; in huno ⁊ hoīe. diūso in tp̄re īuenium̄t. ⁊ de execratione ad penitentiā. de penitentia ad actiuā. de actiua ad ɔtēplatiuā ascendit̄. Sic ascēderat beatꝰ apls. Qui sui blasphemꝰ ⁊ psecutor. ⁊ iniuriosus. q̄ ñ sū dignꝰ uocari apls. q̄r psecut̄ sū ecclam dī. De duob; seq̄ntib; simul habes. Siue excedim̄ dō. siue sobrij sumꝰ uob. Excedebat in dm̄ p ɔtēplatio

nem. Sobrii erat fratribus per predicationem. Sic intelligitur secundum moralem edificationem quod ille raptus est usque ad tertium celum. Hii enim gradus sunt tres celi. Ne miremini si penitentiam uoco celum. quanto quisque se humiliat tanto magis exaltatur. et quanto puluerem et terram se reputat tanto magis fit celum. Illum ergo singulis ordo inuenit quem imitatione dignum credit. Sic inueniri uolebat apostolus qui dicit. Capite nos quasi imitemini quasi sequimini. Merito autem inducitur populi ungitur quod hii tres uiri inueniuntur. quia iure aliis preferuntur. qui ex primo gradu didicit condolere. ex secundo prodesse. ex tertio contemplari quod doceat. Hii tres gradus et ordines innuuntur per columpnas argenteas. et reclinatorium aureum. et ascensum purpureum. Columpne sunt officiales. reclinatorium claustrales. ascensus penitentes. Columpne domos illuminant. ornant. sustentant. Sic et actiui iuxta distinctiones ordinis illius ecclesiam illuminant doctrina. ornant operibus bonis et conuersatione sancta. sustentant sollicitudine et industria. et ut de illuminatione et ornatu nichil sileam. ecclesiam sustentant actiui. Maximam illis reuerentiam exhibere debent claustrales. quia illi laborant ut isti quiescant. Illi faciunt ut isti optime parti adhereant. que non auferetur ab eis. Frequenter ingruente dierum malicia turbarentur et cessarent contemplationes. nisi claustralibus prouideret officialium sollicitudines. Nam si animus ad cogitanda et querenda terrena subsidia ex necessitate intenderet. crebro a sua contemplatione recideret. Ut enim uersus alienos inseram. Quis locus ingenio aut satirice nisi cum se carmine solo. uexerat et dominum cure usque feruntur. pectora nostra duas non admittentia curas. Nam si Virgilio puer .i. seruiens et tolerabile deesset hospicium caderent omnes a crinibus ydri. Sic et necessario cessarent et remitterentur meditationes contemplatiuorum nisi prudentia succurreret actiuorum. Homines enim sumus non angeli. Hoc quod ergo pacis. quicquid quietis. quicquid tranquillitatis habent claustrales totum officialibus deputent. Ipsi enim sunt columpne. ipsi fulciunt contemplationes ipsorum ne corruant. Porro non simpliciter dixit columpnas. sed adiunxit argenteas. Argentum clare tinnit et candet. In claro tinnitu bonam opinionem. in candore benignitatem intelligimus. Sint ergo columpne argentee ut officiales non tantum coram deo bona prouideant. sed etiam in facie ecclesie et coram his qui intus et coram his qui foris sunt. per bonam opinionem clare tinniant. Candeant per benignitatem ut sine murmure ex dilectione seruiant fratribus. Si enim ex caritate processerit eorum ministerium quicquid inter agendum pulueris colligunt per ipsam dilectionem abstergetur. Sub typo ecclesie dicit beatus Iob. Lauabam pedes meos butyro. pedes ecclesie sunt actiui qui eam portant et sustentant sicut diximus. Isti pedes dum terrenis negotiis incubant. dum quasi per diuersa loca cogitatione ambulant necesse est ut pulueris sordes colligant. sed butyro .i. pinguedine caritatis lauantur.

qꝛ caritas q̄ urgente frm laboribus
se sustinuit. illos lauat a puluē tre
nar̄ cogitationū q̄ eos inquinat. Re
clinatoriū sunt claustrales. In illis enī
spaliter quiescit xp̄c. in illis pascit. in
illis cubat ī meridie. Ipi reclinatori
ū sunt spc̄ sci ī mo toti trinitatis. Hoc
reclinatoriū se n̄ hr̄e querebat dn̄s ī
eūglio cū dicebat. vulpes foueas
hn̄t ⁊ uolucres celi nidos. i. demones
q̄ uulpes sunt p dolositatē. uolucres p
elationē. hn̄t ubi lateant ubi quiescant. fi
li9 autē hoīs n̄ hr̄ ubi cap suū reclinet.
Debꝫ autē hoc reclinatoriū ēē aureū. In
auro meditationes ⁊ delectationes
ɔtēplationis ⁊ sapiē designant. qꝛ
sicut auro nullū metallū cari9. sic sa
pientia nich ē p̄cios9. hoc aurū has
sapiē meditationes in qb; dā obscu
rari dolebat ppha dicens. Quomō
obscuratū ē aurū. mutat9 ē color
optim9. dispsi sunt lapides scuarij in
capite oīum platear̄. qn̄ claustra
lis q̄ diuinis meditationib; . lectioī.
oronī. tot9 incūbe solet sensim p
negligentiā in accidiā labit. ⁊ ad t̄
rena cogitanda ⁊ desid̄anda animū
mutat ⁊ flectit. tunc sapiens qui ex
signis exterioib; intuet cor. ⁊ uir
spalis q̄ oīa iudicat dicē pot obscu
ratū ē aurū. Cū autē ad hoc uenit ut n̄
solū t̄rena cogitet s; ⁊ diligentibus
talia libent adhereat. illor̄ actus
imitet. ⁊ cū tepidioib; locutoria
freq̄ntet. cū secularib; ext̄ claustra li
bent sedeat. ⁊ loquat. ⁊ curie plateā

deambulet. pnuntiare pot qꝛ mutat9
ē color optim9. Est enī quidā scitatis
color q̄dā exterioris ɔūsationis pulcri
tudo. q̄ in recens ɔūsis bonus. ī acti
uis melior. ī ɔtēplatiuis debꝫ ēē op
tim9. Cū u claustrales usq; ad id ma
li pcesserint ut n̄ solū imitatores sint
carnaliū. s; ⁊ pncipes ⁊ capita disso
lutionis. q̄ iā n̄ alios s; q̄s alij iā se
q̄nt. tunc uē dispgunt lapides scū
arij in capite oīum platear̄. tunc p
uaria dissipant desidia. ut iā caput
⁊ exēplar fiat ad ostendendā alijs
latitudinē uie secularis. Aurū itaq;
sunt sapiē meditationes. Hee sunt bases
auree sup q̄s colūpne fulciant. de
qb; habet in canticis cū de xp̄o spō
sa loq̄t. Crura illi9 q̄si colūpne fun
date sup bases aureas. Crura xp̄i
idē qd colūpne ⁊ ead similitudine
dicunt. Hee colūpne sup bases aure
as fundant qꝛ actio ɔtēplationi in
nitit. qn̄ officiales int9 p ɔtēplatio
nē ɔsiderant qd foris agere debeant.
qn̄ mulier ɔsulit uirū. qn̄ uis in
ferior anime q̄ ad t̄rena dispensā
da p̄sidet. superiorē uim q̄ diuinis
ɔtēplationib; intendit. ⁊ cap uelatū
n̄ hr̄. qualit ⁊ q̄ntū inferiora pgre
di debeat pcunctat. vl certe reclina
toriū hoc aureū dr̄. qꝛ ɔtēplatiui pul
chra debet ⁊ aurea ɔūsatione res
plendē. Ut q̄cqd honestū. q̄cqd sc̄m. q̄c
q̄d speciosū ē debeat ī eor̄ ɔūsatioē
⁊ uideri ⁊ ēē. In cessus. habit9. gest9.
mor9. signa. ūba. opa. ɔtēplatioīs

7 sapie fulgore debet pferre. Seqt de ascensu. Ascensus sunt penitentes. 7 ininto ascensus. Sic enim qui se exaltat humiliabitur. ita qui se humiliat exaltabitur. 7 sic de superbis legitur. deiecisti eos dum allevarentur. ita penitentes qui se magis deiciunt magis exaltantur. qui inferius descendit per humilitatem. eo altius ascendit per meriti sublimitatem. Necesse est autem ut ascensus iste sit purpureus. Ipsi enim spiritaliter mortificationem xpi ihu 7 stigmata passionis eius in suo corpore debent circumferre. 7 in sanguine suo totam spem suam collocare. ut primi cum propheta dicant. Protector noster aspice ds. 7. res. in fa. xc. tui. Aspice infirmitatem. 7 respice non ad nos. non ad iusta nostra. sed in faciem xpi tui. quam propter sputis illitam. propter nos alapis cesa fuit. Et notandum quod penitentium ordo qui primum gradum tenet ad dominum recurrendi. hic ultimus ponitur 7 supremus. quia sepe contingit penitentes ad dominum toto corde conversos eos qui quasi innocentem vitam insegerint: viritus 7 vita transcendere. Quo enim se vident inferius in perditionis abyssum pro vite viita descendisse: eo laborant attentius ad virtutum ardua conscendere. Inde est quod psalmista de quibusdam dicit. multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerant. 7 de execratione 7 inundatio. an. in consummatione. Et illud apostoli. ubi habundavit delictum superhabundavit 7 gratia. Et salomon. Melior est iniquitas viri: quam benefaciens mulier. Melior est enim qui 7 si iniquitatem fecit sitim convertitur: vir est. i. virilis 7 constans 7 fortiter agit: quam ille qui 7 si bene fecit. 7 si innocentiam ut sibi videtur servavit: mulier est. i. mollis 7 remissus. Inde est 7 quod activa 7 contemplativa nominibus mulierum marthe. s. 7 marie designantur. viri vero. s. lazari nomine ordo penitentium accipitur. Inde est quod iob qui penitentium vitam profert eo quod sedet in sterquilinio 7 agit penitentiam in favilla 7 cinere. in supremo loco ponitur a propheta ubi scriptum est. Noe. daniel. 7 iob. Ceterum raro inveniuntur qui digne peniteant. unde quidam sanctorum. facilius ait invenies qui innocentiam servaverit: quam qui congruam egerunt penitentiam. hii sunt in ecclesia ordines extra quos nemo salvatur. Sed quod faciet illi qui non per activam magna possunt agere. vero ad contemplationis cultum valent attingere. non arduam 7 austeram penitentiam queunt sustinere? Audi quod sequitur. Providit enim talibus locum salomon pacificus noster qui non fecit mortem non letatur in perditione hominum. sed magis eos ad pacem 7 reconciliationem provocat. Media siquidem caritate constravit propter filias ihrlm. propter infirmas 7 inbecilles animas quae non possunt ardua conari. Media .i. corda quorundam constravit .i. ornavit caritate. ut eodem sensu manente in infirmorum cordibus constravit .i. stratum sibi 7 quietem paravit. caritate media .i. caritate mediante. ut illi dominum 7 premium diligendo optineant quod operando adipisci non valent. Habe ergo caritatem 7 ad ferculum pertines salomonis.

Que tamen caritas tibi sufficiet ut si non potes aspirare ad consilia impleas uel precepta. Vel certe si facere non potes magna bona: non facias magna mala. sed in pace et quiete deo seruias. Debemus autem attendere quod media fercli per tres saluandorum ordines distinguit. in quibus alius sic. alius sic agitur. In principio autem et in fine ponit ea que ecclesie conueniunt uniuerse. sine quibus nemo saluatur. castitatem et caritatem. castitatem in principio. caritatem in fine. Has duas uirtutes necesse est habeat quicumque uult saluari. Sine quibus illarum nemo faciem dei uidebit. Unde est quod plurimis scripturarum locis que comites indiuidue coniunguntur. Sed ut auctoritatem unam proferam. emulus pacem ait apostolus ad hebreos habere. et sanctimoniam sine qua nemo uidebit deum. Referendum est ad illarum utramlibet quod dicit. sine qua. Qui enim pacem non habet. cecatum habet oculum. qui sanctimoniam non habet id est castitatem non est illi pars neque sors in uerbo ueritatis quod dicit. Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Hoc de quo locuti sumus ferculum. id est ecclesie hodie sollempnia recensemus. fratres mei et patres. Ipsa siquidem ecclesia diuisis in locis. diuersis uocabulis. diuersis ex causis appellatur. Dicitur enim ferculum. dicitur templum. tabernaculum. scala. Ferculum id est uehiculum eo quod in rebus bene gestis christi portat imaginem. Templum propter sancti spiritus inhabitationem. iuxta illud. An nescitis quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti qui habitat in uobis? Tabernaculum quod militantium est eo quod semper in procinctu consistat et acie contra demonum impugnationem. Scala in qua angeli ascendunt et descendunt propter ascensus contemplationis. et descensione compassionis. Huius hodie sollempnia celebramus. Hoc recensemus dedicationem. Dedicare est deo dicare. deo confirmare. et consecrare. In dedicationum ergo sollempnitatibus gaudendum est magis de confectione et confirmatione fidelium. quam de confectione parietum. Quicquid enim parietes confectionis habent. propter fideles habent. et quicquid in parietibus templi manufacti corporaliter agitur manu pontificum. totum spiritualiter agit christus futurorum bonorum pontifex in mentibus electorum. Ipse enim mentes fidelium circuit. aspergit. inscribit. inungit. illuminat. benedicit. Circuit cum preuaricatores ad cor reuocat. ut peccata sua salubri consideratione circueant et retractent. Circuit ergo per reuocationem. Aspergit per lacrimas compunctionis et confessionem. Inscribit per preceptorum que spiritualiter in cordibus confessorum exarat impositionem. quia frustra iubet nisi ad implenda que precipit per suam gratiam iuuaret. Mors enim in olla preceptorum est nisi gustum amarum farinula prophete id est spiritus sancti gratia dulcoret. Inungit per gratie et caritatis infusionem. Deinde per obseruantiam mandatorum peruenitur ad intelligentiam dictorum. et unctio teste Iohanne docet de omnibus. Illuminat per intelligentie spiritualis appositionem. Benedictio reseruatur in fine quando dicturus est christus. Venite benedicti patris mei. De qua benedictione dicit apostolus de christo loquens. Qui benedixit nos omni benedictione in celestibus. in christo. Illa autem benedictio erit consummationis. Sunt interim et alie benedictiones.

benedictio preventionis. benedictio promotionis. benedictio consummationis. Prima benedictio educit. secunda deducit. tertia perducit. Prima educit per penitentiam de lacu miserie. secunda deducit per vias iustitie. tertia perducit ad regnum glorie. Cuius benedictionis nos participes faciat futurorum bonorum pontifex Christus. Qui cum patre et s. s. u. et r. d. p. o. s. s. amen.

Item de eodem.

Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Versiculus iste quantum ad verba brevis. quantum ad sententias fecundus et gravis. Quamquam sit ad quorum consolationem invitat nos propheta in his verbis. Admonemur enim attendere ubi simus. quales esse debemus. quod opus habeamus. modus operis et causa. Ubi simus attendere monemur cum dicitur in tabernaculis. quales esse debemus cum subditur iustorum. quod opus habeamus cum dicitur vox. modus cum dicitur exultationis. causa cum additur salutis. Primum ergo monemur attendere quod sumus in tabernaculis. Tabernacula sunt peregrinantium. sunt et pastorum super greges suos vigilantium. Solent esse et militantium. Cum ergo tabernaculorum fit mentio: revocatur nobis ad memoriam nostra peregrinatio. Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus. Propter hoc habitare fecit dominus in tabernaculis populum suum peculiarem. filios israel. Propter hoc inter precipuas sollempnitates habita est apud hebreos sollempnitas tabernaculorum. et de iacob patre nostro legitur quod fuit vir simplex habitans in tabernaculis. Causa propter vitam suam peregrinationem vocat. cum dicit ad pharaonem. dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt parvi et mali. Et propheta. Auribus percipe lacrimas meas quoniam advena ego sum apud te et peregrinus. sicut omnes patres mei. Et alibi. heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Cum ergo dicitur in tabernaculis nostre peregrinationis. nostre fragilitatis admonemur. Confecto enim itinere tabernacula tolluntur non permanent. Consolidare ergo tenemur imbecillitatem tabernaculorum. fragilitatem corporum. brevitatem temporum. Habemus inquit apostolus thesaurum istum in vasis fictilibus. id est in corporibus fragilibus. Et alibi. Et qui in hoc tabernaculo sumus. id est in corpore ingemiscimus gravati. Sunt et tabernacula pastorum super greges suos vigilantium. Debemus et nos pastores. id est custodes esse singuli quisque sui ipsius. ut vigilemus super greges cogitationum et motuum nostrorum. ut bonas et innocentes cogitationes nutriamus. malas et maliciosas arceamus. nutriamus agnos. arceamus hedos. id est fedos et fetentes cogitatus prohibeamus a vineis cordium nostrorum ne demoliantur vineas. et teneamus parvulos filios babilonis. id est motus sordidos. motus confusionis. et elidamus ad petram. id est ad Christum. dum parvuli sunt. Postquam enim creverint et robur acceperint difficile edomantur. Nam sero medicina paratur. cum mala per longas invaluere moras. Sunt tabernacula militantium teste beato iob. Milicia est vita hominis super terram. et nos in expeditione versamur et in acie sumus constituti. Iuge nobis cum viciis iurgium est. Tres hostes sunt qui nos incessanter infestant. sed diversis viis. Mundus. caro. diabolus. Mundus

suggerit sublimia. caro suauia. dia
bolus impia. Mundus suadet potentiam.
caro luxuriam. diabolus maliciam. Mundus
tendit ad diuitias. caro ad delicias.
diabolus ad fraudes et insidias. Mundus
optat honores. caro fedos amores. dia
bolus odia et rancores. Omni ergo custodia
custodienda sunt corda dum in tabernaculis
sumus. Addit iustorum. Ecce quales esse debe
mus. s. iusti. Justicia est reddere cuique quod
suum est. debemus deo. debemus prelato. debe
mus subiecto. debemus proximo. debemus
nobis. Deo debemus deuotionem et latriam.
prelatis obedientiam et reuerentiam. subiec
tis disciplinam et prudentiam. proximo di
lectionem et misericordiam. nobis sobrietatem
et parsimoniam. Tales esse debemus. Officium
nostrum esse debet laudare dominum. ideo de uo
ce initio facta est. Est uox corporalis. est
uox spiritualis. Vox corporalis triplex est.
Confessio fidei. confessio rei. confessio dei.
Confessio articulorum que necessaria sunt in fi
dei professione. Confessio peccatorum que uenerunt
ex preuaricatione. Confessio magnalium
diuinorum in operum eius glorificatione. Est
et spiritualis uox triplex. Contritio. deuo
tio. dilectio. Contritio proueniens ex
peccatorum recordatione. deuotio procedens
ex beneficiorum consideratione. dilectio. i. amor.
languor. desiderium. quo languet. deficit.
suspirat sancta anima pro mora et prolongatione
exilii. et patrie dilatione. et in isto dilec
tio uox dicitur. Magnus enim amor in auribus
dei magnus est clamor. Enixius clamat qui
enixius amat. Debet autem esse uox iustorum
in exultatione. ut quecumque faciunt hyla
riter faciant. Hylarem enim datorem dili
git deus. Non recipit eius obsequium qui ser
uit in rancore et murmure. Debet autem
esse exultatio de salute. et non debet iustus
gaudere de temporalibus. quia huius gaudii
extrema luctus occupat. et huic gau
dio dicit uir sapiens. Quid frustra
deciperis? Viri uero spiritualis est exultatio.
Exultat enim in spe salutis eterne. Ex
ultat in hiis que ducunt ad salutem. Exul
tatio eius in sanctis meditationibus. in claris
uirtutibus. in bonis operibus. Hec enim
ducunt ad salutem eternam. Quam solam op
tat dauid. quam suspirat. de qua exultat.
In qua salute consummatissima erit beati
tudo. in qua erunt bona inestimabilia.
vita sine morte. sanitas sine infir
mitate. copia sine paupertate. gau
dium sine dolore. decor sine contagione.
honor sine humiliatione. amor si
ne anxietudine. beatitudo sine di
minutione. perfectio sine defectione.
Ad quam beatitudinem nos perducat
ihesus christus dominus noster. Qui cum patre et
spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.
Vox exultationis et salutis in tab
naculis iustorum. Signanter dicit in ta
bernaculis iustorum. Non enim in omnibus
tabernaculis est uox exultationis et sa
lutis. Est enim uox doloris et non salutis.
est uox doloris et salutis. est uox exul
tationis et non salutis. est uox exulta
tionis et salutis. Vox doloris et non
salutis in tabernaculis pauperum peruer
sorum. uox doloris et salutis in taber
naculis ad cor conuersorum. Vox exulta

129

tionis et non salutis in tabernaculis diuitum superborum. uox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Prima uox onerosa et dampnabilis. secunda fructuosa et imitabilis. Tercia uox fallax et labilis. quarta uox uerax et stabilis. Prima promeretur miseriam. secunda misericordiam. Tercia trahit ad ignominiam. quarta uero ducit ad gloriam. Prima uox inquinat et obducit. secunda inclinat sed reducit. Tercia exterminat et seducit. quarta illuminat et deducit. Prima uox emittit murmur confusionis. secunda gemitum et sonum confessionis. Tercia prorumpit in strepitum elationis. quarta in iubilum diuine laudationis. Vox ergo doloris et non salutis in tabernaculis pauperum pusillorum. dolent enim tribus ex causis. dolent quia desunt eis terrene facultates. dolent quod non possunt adimplere suas pusillas uoluntates. dolent et in baratrum desperationis sepius decidunt: cum considerant suorum flagiciorum uel facinorum horridas enormitates. non sentientes de domino in bonitate. sed dicentes cum caym. Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear. Cum multo plura possit et uelit deus et pater misericordiarum dimittere quam nos committere: si sit qui conuertatur et ex corde clamet ad ipsum. Caueant sibi pusilli claustrales in hac parte. Precordia fatui quasi rota carri que portat fenum et murmurat. Hii sunt pusilli claustrales quibus iugum domini non est suaue neque onus leue: quia omnia faciunt cum murmure et rancore. Socii sunt bonis in pena: et socii non erunt in gloria. Socii sunt passionum: et non erunt socii consolationum. compatiuntur et non conregnabunt. Vox ergo doloris et non salutis in tabernaculis pauperum pusillorum. Vox autem doloris et salutis in tabernaculis ad cor conuersorum. Hii sunt qui a timore domini concipientes et parientes spiritum salutis recogitant omnes annos suos in amaritudine anime sue. redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Mali a miseria. mali a malicia. Hii sunt super quos dominus loquitur pacem. teste psalmista. quoniam loquetur dominus pacem in plebem suam. et qui sint plebs eius subdidit, dicit enim subdit super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad cor. Qui se diligenter considerant. examinant. iudicant. Non solum enim super sanctos suos qui non indigent penitentia loquitur dominus pacem sed et in eos qui conuertuntur ad cor. Qui se diligenter considerant. examinant. iudicant. et preteritam uitam suam assidue diluunt et purgant lacrimis. ieiuniis. uigiliis. et ceteris spiritualibus exerciciis. Vox ergo doloris in tabernaculis eorum. Dolent enim quia mala fecerunt. dolent quia bona non fecerunt. dolent propter peccata. dolent propter delicta. dolent tandem propter mala uie quibus premuntur. dolent propter bona patrie a quibus differuntur. Vox ergo doloris est in eis. sed et salutis quia dolor ille ducit ad salutem eternam. Vox autem exultationis et non salutis in tabernaculis diuitum superborum. Hii sunt qui prosperantur in uia

sua. quib; omnia succedit ad uotum.
q in labore hominum n sunt 7 cum homi
nib; n flagellant. ideo tenuit eos sup
bia. Hij letant cum malefecerint 7
exultant in reb; pessimis. quor filij
sic nouelle plantationes. 7 cetera que
secunt. Vox g exultationis in taber
naculis eor. s; n salutis. Risus enim
eor dolore miscebit. 7 extrema gau
dij luct occupat. Ve eis qui habent
nunc consolationes suas. ducunt in bo
nis dies suos 7 in puncto ad infer
na descendunt. Vox g exultationis
s; n salutis in tabnaculis eor. Sed
uox exultationis 7 salutis in tab
naculis iustor. Exultat enim iust
7 in suauitate consolationis interne q
gustat 7 in spe salutis eterne quam
expectat. Exultat in hijs q ducunt
ad salutem. Exultatio ei in scis medi
tationib;. in claris uirtutib;. in bo
nis opib;. hec enim ducunt ad salutem
eternam. Quam solam optat dauid. q
suspirat. de q exultat. In q salute
consummatissima erit beatitudo. in q
erunt bona inestimabilia. uita sine
morte. sanitas sine infirmitate.
copia sine paupertate. gaudium sine
dolore. decor sine contagione. honor
sine humiliatione. amor sine an
xietudine. beatitudo sine diminu
tione. pfect sine defectione. Ad
quam beatitudinem nos pducat ihc
xpc dns nr. Qui cum patre 7 spu. s.
uiuit 7 r. ds. p. o. s. s. Amen.

In Ascensione domini.

Florebit amigdalus. impi
guabit locusta. dissipabit
capparis. qm ibit homo in
domum eternitatis sue. Vba
ecclastes que uob pposita
sunt: quadruplicem recipi
unt explanationem. Possunt enim
explanari de resurrectione dnica.
7 ascensu hodierno. possunt ex
poni de uiror spualium pfectu
interno. possunt accipi de supbor
diuitum statu humano. possunt in
telligi de corpor nror defectu
cotidiano. Explanationes g eo
ordine quo pposuimus: psequimur.
Florebit amigdalus 7c. Amigda
lus iuxta hanc explanationem
xpc e. Et merito p amigdalum
xpc accipit. Amigdalus enim in
fructu suo ht tria. corticem. te
stam. 7 nucleum. In cortice ama
ritudo. in testa fortitudo. in nu
cleo dulcedo. Sic 7 xpc in trib; 7
ex trib; subsistit substantijs. ex
carne qsi ex cortice. ex anima qsi
ex testa. ex deitate qsi ex nucleo.
In cortice carnis sensit amaritu
dinem. in testa anime habuit for
titudinem. in nucleo deitatis. pci
piunt qui fruunt ea intima 7 su
auissimam dulcedinem. Sensit a
maritudinem in carne. In ea siti
uit. esuriuit. fatigat ex itine
fuit. Propt nos enim omnis de
fect nros pter culpam suscepit.
In carne alapatus e. conspu

flagellatus. crucifixus. Ex car
ne fuit quod tedium passus est. quod h
esitauit. quod patris uoluntatem
implere non uoluit. In anima uero
habuit fortitudinem. Inde est quod ex
ultauit ut gigas ad currendam
uiam paterne uoluntatis. et usque ad
mortem deo patri obediens fuit.
In deitate uero qui ad eius fruitionem
peruenerunt. dulcedinem inuenerunt
indicibilem. Ipse enim christus est in quem
angeli desiderant prospicere. Miro enim
et ineffabili modo et iugiter eum prospici
unt. et prospiciendi iuge desiderium
habent. Ibi quod in rebus mundanis non est.
et desiderium est sine anxietate. et sa
tietas sine fastidio. Hec igitur amig
dalus floruit. In preuaricatione pri
mi parentis caro nostra florem sue
conditionis amiserat. Flos hu
mane conditionis erat immuni
tas culpe et pene. Primus parens
prius cecidit in culpam. dein in penam.
et ita immunitatem illam perdidit. Flos
autem qui in primo parente deciderat
per mediatorem dei et hominum qui
benedictionibus dulcedinis preuentus
est in conceptu et ab utero matris sue
usque ad finem liber et immunis fuit ab
omni peccato et reatu pullulauit. qui
peccatum non fecit nec inuentus est dolus
in ore eius. In illo caro nostra floruit
et refloruit. sicut ipse dicit in psal
mo. Et refloruit caro mea. Pri
mo floruit immunitate culpe.
post in resurrectione refloruit

immunitate pene. Refloruit etiam im
mortalitatis gloria et honore. Floren
te autem amigdalo. id est resurgente christo
impinguata est locusta. dissipata est
capparis. In locusta gentilis populus
designatur. Locusta enim nec uolat
nec ambulat. sed salit et inordinate
fertur. Ita gentilis populus inordinatos
saltus ante conuersionem dedit. Non enim
gradatim sed precipitanter et quasi salien
do raptabatur de uicio in uicium. de
peccato in peccatum. de facinore in fla
gicium. In ydolatria etiam enormes et in
compositos saltus dedit. et unde quos
saltus. Immutauerunt gloriam incor
ruptibilis dei. in similitudinem
corruptibilis hominis. Ecce quam
inordinatus saltus. et adhuc indebitis
abhominationes saltuum maiores.
et in similitudinem uolucrum. et qua
drupedum. et serpentium. semper in de
terius saliendo. et quod huiusmodi porten
ta gentiles adorarent. inimici nostri
sunt testes. Quis nescit dicit satyricus
uolusi bithinice qualia demens e
giptus portenta colat. Cocodrillon
adorat pars hec. Illa pauet saturam
serpentibus ybin. Effigies sacri ni
tet aurea cercopitheci. Iure igitur com
paratur locuste populus gentilis. Locu
sta hec ante conuersionem macilenta erat
et tenuis. per predicationem uero apostolorum im
pinguata est. id est per orbem terrarum dila
tata. et aucta. capparis dissipata est.
Per capparim que petre adheret et ca
lida est synagoga intelligitur. que petre

.i. uni et uero deo per fidem adhere-
bat, et amore illius in patribus cale-
bat. Juxta illud. Notus in iudea
deus. in israel magnum nomen eius. Sed im-
pinguata locusta .i. ecclesia pingue-
dine caritatis. et sanctis carismatibus;
saginata et dilatata latius et propaga-
ta. dissipata est capparis. quia synago-
ga adeo diuisa et per orbem terrarum dis-
persa est. dissipati sunt hactenus iudei.
nec conpuncti. Sterili enim pariente
te plurimos: que multos habebat
filios infirmata est. Vnde ysaias. Le-
tare sterilis que non paris. clama
et clama que non parturis. quia plures
filii deserte magis quam eius que habet
uirum. et hoc totum inde peruenit quia
iuit homo in domum eternitatis sue.
Homo iste christus est. qui hodie iuit in
domum eternitatis sue .i. naturam
nostram euexit in celum. in quo ipse
regnat ab eterno patri coeternus. Ipse est
homo qui peregre proficiscens tradidit ser-
uis suis bona sua. et de quo legitur.
Numquid syon dicet homo. et homo natus est
in ea. et ip. fu. ea. al. Et propheta. Homo
est et quis cognoscet eum? Ipse hodie ad in-
uisibilia paterne maiestatis ascendit,
naturam nostram super omnem creaturam
super cherubin et seraphin in dextera
patris collocans. Transeamus ad secundam
explanationem. Florebit amigdalus
et cetera. Juxta hanc expositionem per amigda-
lum uir iustus accipitur. Amigdalus habet
folia angusta non lata. parua non mag-
na. fructus uero optimus est et aptissimus
esui. In foliis uerba. in fructibus in-
telliguntur opera. Recte ergo per amigda-
lum uir iustus accipitur. qui humilis est et
paruus in oculis suis. et non magnus in
uerbis suis. Justus enim in principio ac-
cusator est sui. Quia didicit ad exem-
plum domini et magistri sui mitis esse et
humilis corde. Nonne de illis qui dix-
erunt. Linguam nostram magnificabi-
mus. ponentes in celum os suum. Opera uero
iustorum optima sunt. et grata tam deo
quam hominibus; Et si enim corrumpuntur
in homine exteriori. et si multas afflic-
tiones et passiones sentiant in car-
ne. quasi amaritudinem habentes in cortice.
Per multas enim tribulationes oportet
eos intrare in regnum dei. Quanto mag-
affliguntur: tanto fortiores inueni-
untur. Habent enim fortitudinem in corde
quasi in testa. Aruit inquit iustus tamquam
testa uirtus mea. Testa quanto melius
igne decoquitur. quanto aridior est: tan-
to fortior redditur. Sic et iustus quanto
igne tribulationis coquitur quasi in clibano.
tanto solidior et robustior in-
uenitur. Vasa enim figuli probat for-
nax. et uiros iustos afflictio tribu-
lationis. In mente uero quasi in nucleo
magnam et multam habent dulcedinem
et dilectionem. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolationes
tue letificauerunt animam meam
dicit iustus. et apostolus. Sicut habundant
passiones christi in nobis: ita habundant
et consolationes. Dicit ergo. Florebit amig-
dalus. Amigdalus ista germinat

per flagiciorum seu facinorum consideratio
nem et abhominationem et per compunc
tionem. Frondescit per sui ipsius exami
nationem et accusationem. et peccatorum
confessionem. Floret per correctionem
morum et studiorum spiritualium exercitati
onem. Fructificat per bonorum operum et
uirtutum multiplicationem. Qui fruc
tus de huius amigdali floritione pue
niant ostendit apostolus ubi dicit. Fructus
autem spiritus. caritas. gaudium. pax. pati
entia. longanimitas. benignitas.
bonitas. mansuetudo. fides. modes
tia. continentia. castitas. Et alibi.
Fructus autem lucis in omni bonitate et
iusticia et ueritate. Florente autem
amigdalo in studiis spiritualibus uer
nante et proficiente iusto impin
guatur locusta. quia eius exemplo. eius
exhortatione et studio. anima pro
ximi que prius erat sterilis et ma
cilenta. et inordinate ferebatur de
uicio in uicium saliendo prouocata ad
conuersionem. et suam corrigens conuersati
onem impinguatur. non illa pingue
dine de qua legitur. Incrassatus est
dilectus et recalcitrauit. sed illa de qua
beatus dauid dicit. Sicut adipe et pin
guedine repleatur anima mea. Et
de qua lex ait. Omnis adeps domini e
rit iure perpetuo. Potest et hic in bo
na significatione accipi locusta.
ut per locustam intelligatur contempla
tio. que saltus in altum solet dare.
In lege enim inmundi iudicantur
illi pisces qui non dant saltus super

aquas. Sicut et inmundus reputatur 131
ille qui pondere terrenitatis pressus. et
uisco carnalium concupiscentiarum im
peditus non potest illum imitari uel sequi
qui dicit. Nostra autem conuersatio in celis est.
Locusta autem sic impinguata dissipa
tur capparis. quia calida est et renes purgat.
quia in uiro contemplatiuo. in uiro spirituali
omnis carnalis amor et delectatio et libi
do maxime destruitur et dissipatur. Hac
tenus enim emarcet neruus femoris
iacob. i. uiri contemplatiui. uiri luc
tatoris. Et hoc totum quando ibit homo
in domum eternitatis sue. Quod fit quando
uir spiritualis. uir contemplatiuus cal
catis et spretis temporalibus et transi
toriis. sola eterna sola celestia medi
tatur. considerat et desiderat. Transeamus
ad terciam explanationem. Potest hic
accipi per amigdalum diues superbus.
Amigdalus enim floret in hyeme.
et quia floritio eius prepropera est sepe gelu
intercepta euanescit et perit. Ita et su
perbus diues in huius temporis hyeme
florere appetens repente marcescit.
Huius floritio prosperitas et eleuatio. Flo
rente autem amigdalo impinguatur
locusta. quia eleuatio per potentiam et
diuitias diuite superbo crescit. impin
guatur. incrassatur. dilatatur superbia. que
per locustam designatur. cuius uolatus uel
potius saltus cito deficit. Impingua
ta erat locusta in eo de quo dominus per
moysen dicit. Incrassatus est dilectus
et recalcitrauit. incra. impin. di.
dereliquit deum factorem suum. Sed uide

q̄m cito uolatus hui⁹ locuste defi
ciat. Vidi inquit psalmista impium
sup exaltatū ⁊ eleuatū sic cedros
libani. ⁊ transiui ⁊ ecce n̄ erat. Quan
to g̊ plus crescut diuitiū facultates
⁊ potentia: tanto magis crescit ⁊
supbia. quia florente amigdalo im
pinguat̃ locusta. ⁊ q̄nto mag̃ sup
bia crescit: tanto magis caritas dissi
pat̃ ⁊ decrescit. Impinguata enim
locusta. dissipatur capparis. P capa
rim q̄ calida ē ⁊ spleneticos curat. pur
gando melancoliā: designat̃ caritas.
q̄ amore dei ⁊ pximi calet. ⁊ q̄ sple
neticos curat purgando melancoliā
dū ira ul' elatione tumidos. patiē
tia ⁊ benignitate sua sanat purgā
do maliciā. Caritas enī patiens ē.
benigna ē. n̄ emulat̃. n̄ agit pperā.
n̄ inflat̃. n̄ ē ambiciosa. n̄ querit
q̄ sua sūt. ⁊ ideo plerūq; benignita
te ⁊ mansuetudine ubor̄ ⁊ opum
cōmotos mitigat ⁊ sanat. quia sicut
obsequiū parit amiciciā: ita ⁊ ser
mo mollis frangit irā. Quia tam̄
crescit amor nūmi q̄ntū ipsa pecu
nia crescit. Et teste aplō. Qui uolūt
diuites fieri: incidūt in laqueos ⁊
tēptationes diaboli. Quando locusta
impinguat̃: capparis dissoluit̃. quia
q̄nto magis supbia diuitiū acq̄ren
do. emendo. auferendo. opprimendo
dilatat̃: caritas fratrum dissipatur.
Et hoc totū q̄m ibit homo ī domū
eternitatis sue. Domū uocat uolup
tatē ⁊ uanā suauitatē rerum ha
bentiū ⁊ transeuntiū. in qua supb;
diuites ue homo ue de humo totus
carnalis ⁊ terren⁹ totis uirib; totis
conatib; ⁊ desideriis it ⁊ tendit. ut
ibi inhabitet ⁊ ea fruat̃ ⁊ delectet̃.
habens hanc q̄si domū ⁊ q̄si manen
tē ciuitatē cū cito decidat ⁊ defici
at. Et nota q̄d n̄ dicit ī domū eterni
tatis. s; in domū eternitatis sue. i.
quā sibi fingit eternam. Quod enī
ē tabnaculum: domū estimat et
q̄si phenne habitaculū. ⁊ quod est
transitoriū putat etnū. Domus
hec n̄ ue dom⁹ s; tabnaclm. pfunc
toriū: n̄ eternū. Et si enī ad horā
florere. ad horā q̄si stare ⁊ pmanē.
ds sicut in psalmo destruet eū in
finē. euellet ⁊ emigrabit de taber
naculo suo. ⁊ radicē ei⁹ de tra uiuē
tiū. Accedam⁹ ad q̄rtā explanatio
nē. que ē de corpor̄ n̄r̄or̄ defectu
cotidiano. Cotidie fr̄es deficim⁹.
incessant̃ ad mortē tendim⁹. absq;
ullo intsticio exterior homo cor
rūpit̃. ⁊ in illis in quib; interior
homo renouat̃. de die in diē. Et sic
dicit satyric⁹. dū bibim⁹ dū serta
unguenta ⁊ ceta querim⁹: obrepit
n̄ intellecta senect⁹. quia serius aut
citi⁹ horā uenim⁹ ad illā: n̄ spet
adolescentes aut iuuenes. ī incer
to annor̄ suor̄. Teste enī salomo
ne adolescentia ⁊ iuuent⁹ uana
sūt. freq̄nt̃ adolescentes ⁊ iuuenes
mortē p̄uenti ad annos senectutis
n̄ puenūt. Q͞d si uita aliquor̄

aliquantulum diuturnior est. sensim tamen et cati quam putent senectus adueniet. quam multa comitantur incommoda. Floret enim amigdalus. impinguatur locusta. dissipatur capparis. Methaphorice senectutis describit incommoda. Florebit inquit amigdalus. Solent arbores in summo florere temporibus suis. Ita et homo florescit in summo id est canescit in capite. flores eius canities eius. Canescit autem tempore suo id est in senectute. Proprie enim proprium est hominis in senectute canescere. Comparantur autem cani hominis floribus amigdali. que citius florescit quam cetere arbores. ut senectutis et canicies et defectus humani festinantia designetur. Ecce unum senectutis incommodum. de secundo subnectitur cum subditur. impinguabitur locusta. Per locustam que cruribus innititur quando salit uel quando uolat. designantur tibie que solent in senectute in defectum et mortis uiaticum impinguari id est inflari. dissipatur et capparis. Per capparim que calida est et renes purgat figuratur luxuria que in senibus dissipatur et deficit. Ea et de causa libido per cappari designatur. eo quod uerbum hebraicum quod cappari sonat. ad capparim et amorem ambiguum est. et utrumlibet sonare uidetur. Et hec incommoda senibus incumbit quando ibit homo in domum eternitatis sue. Vere homo. uere de humo et ad humum reuersurus. Iuxta illud. terra es et in terram ibis. Ibit homo in domum eternitatis sue. alius sic. alius sic. Quocumque ceciderit lignum siue ad austrum siue ad aquilonem ibi erit. Alius ibit in domum inferiorem. alius in domum superiorem. Alius ibit in domum confusionis et miserie. alius in domum iocunditatis et glorie. Alius ibit in domum suppliciorum. alius ibit in domum gaudiorum. et utriusque eternitas. Sicut enim scriptum est. Iusti in perpetuum uiuent et apud dominum est merces eorum. ita et de reprobis legitur. Ignis eorum non extinguetur. et uermis eorum non morietur. Et ipsa ueritas dicit. Ite maledicti in ignem eternum. et ibunt hii in supplicium eternum. illi uero in uitam eternam. Preuideamus ergo horam illam. et prouideamus nobis. peccata nostra lacrimis et condigna penitentia diluendo. et bonis operibus tegendo. ut data iudiciali sententia in infernum non descendamus. sed potius cum illo qui hodie ascendit ascendamus. ut semper cum domino maneamus. Quod nobis concedere et meritis suis obtinere dignetur. qui nobis uitam suam concessit ihesus christus dominus noster. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

[...] Sermones

In nativitate dni. 2. 4. 6.
De sca Genouefa. 9. 12.
In epiphania dni. 14.
In purificacione bte marie. 17.
Item in purificacione bte marie. 20.
Item de eodem — 23.
In quadragesima. 27.
In quadragesima 30
Dnica in medio quadragesime. 33.
In annunciacione bte marie. 35.
Item in annunciacione 37
In pascha — 41.
Item in pascha — 44
Item in pascha — 48.
Item in pascha 51.
In ascensione dni 55.
In penthecostes 59.
Item in penthecostes. 61.
In festo aplorum petri et pauli. 66. 69. 72.
In festo petri ad vincula 75. 78. 82.
In assumpcione bte marie 86. 90. 92.
De sco augustino. 95. 99.
In nativitate bte marie. 101. ~~102~~.
In translacione bte genouefe. 102.
In festo omnium scorum. 104. 106.
In dedicacione ecclesie. 108. cxi. cxii. cxv. cxvii. cxx. cxxiiii. cxxviii
Item in ascensione dni cxxix



[...] est ecclesie sancte ~~genoveffe~~
[...] parisiensis
[...] Sermones
[...] stephani abbatis sancte
[...] genovefe parisius postea tornacensis
[...] ficus
[...] pontifici

Joseph fon lon faict par moy
Claude he lye sermteur
en vert Seigneur



